Κεφ. ζ. Ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ καὶ τὰ τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων ἴδια νοσήματα διήλθομεν, ἑξῆς ἂν εἴη λέγειν τὰ τῶν ὀργανικῶν, ἀπὸ τοῦ πρώτου κατ' αὐτὰ τοῦ παρὰ τὴν διάπλασιν ὑπαρξαμένους γένους. γίγνεται δὲ τοῦτο ποτὲ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν σχήματος ὑπαλλαττομένου, ποτὲ δὲ λειότητός τινος, ἢ τραχύτητος, ἢ πόρου διαφθειρομένου. τῆς μὲν δὴ τοῦ κατὰ φύσιν σχήματος ἐξαλλαγῆς αἰτίαι, πρώτη μὲν ἡ κατὰ γαστρὸς ἔτι κυουμένων αὐτῶν διάπλασις μοχθηρὰ, πλήθους ὕλης ἢ ποιότητος οὐκ ἐπιτηδείου ταῖς φυσικαῖς τοῦ

fufficiunt; proindeque fluxiones a robuftioribus partibus depulfae in imbecilliores irruunt. Accidit autem interdum, conftipatis meatibus eas expurgantibus ad alias regiones confluere. Atque haec generationis praedictorum morborum omnium exordia funt. Augetur vero jam in ipfis membris vitium, quum his impacta funt excrementa et putrefcunt, ac ita deteriora fiunt, quae affluentem poftea humorem, quanquam utilem, fimul corrumpunt.

Cap. VII. Verum quoniam fimilarium partium proprios explicavimus morbos, licuerit deinceps organicarum *morbos* dicere, ac exordiri ab eo, qui primus inter eos in conformationis eft genere. Fit autem hic morbus interdum quum figura naturalis immutatur; interdum quum laevitas quaedam aut afperitas vitiatur. Caufae vero immutationis figurae naturalis *hae funt.* Prima quidem partium ipfarum, quum in utero adhuc concipiuntur, prava conformatio, *quae oboritur,* quum materiae copia, aut minime ido-

Ed. Chart. VII. [24, 25.] Ed. Baf. III. (209.)

σπέρματος κινήσεσιν ἐμποδὼν γιγνομένης· δευτέρα δὲ ἥ τε κατὰ τὴν ἀποκύησιν αὐτὴν κἂν τῷ σπαργανοῦσθαι πλημμέλεια. μαλακὰ γὰρ ἔτι καὶ ὀλίγου δεῖν ῥυτὰ τὰ τῶν νεογνῶν παιδίων ὑπάρχοντα σώματα ῥᾳδίως ἐκστρέφεται, δεχομένων τε τῶν μαιῶν αὐτὰ κατὰ τὴν ἀποκύησιν οὐκ ὀρθῶς, ἐνειλιττουσῶν τε τοῖς σπαργάνοις ἔστιν ὅτε μὴ δεόντως, εἶτ' αὖθις τῶν τροφῶν ἀναιρουμένων τε καὶ ἀποτιθεμένων οὐ κατὰ τρόπον ἔν τε τῷ γάλα παρέχειν καὶ ἐν τῷ λούειν καὶ σπαργανοῦν. ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς τοιούτοις εἰ μή τις ἐπιτηδείως μεταχειρίζοιτο, ῥᾳδίως ἐκστρέφεται καὶ διαφθείρεται τὸ κατὰ φύσιν ἑκάστου τῶν μελῶν σχῆμα. [25] καὶ μὲν δὴ κἂν τῇ μετὰ ταῦτα ἀνατροφῇ συμπάσῃ τὰ μὲν ὑπὸ πλησμονῆς ἀμέτρου, τὰ δ' ὑπὸ κινήσεως πλημμελοῦς ἢ πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος ἵστασθαί τε καὶ βαδίζειν ἐπιτραπέντος αὐτοῖς ἢ σφοδρότερον κινεῖσθαι, πολλὰ τῶν μελῶν διαστρέφεσθαι συμβαίνει, τῶν μὲν πλησμονῶν τὰς φυσικὰς ἐνεργείας ἐμποδιζουσῶν, τῶν δ' ἀκαίρων ἢ σφοδρῶν κινήσεων κλονουσῶν τε καὶ περιαγουσῶν ἐφ' ἃ μὴ χρὴ τὰ κῶλα.

nea qualitate naturales feminis motus prohibentur. Secunda vero, error in partu ipfo, aut in infante fafciando *commiffus*. Mollia fi quidem adhuc ac prope dixerim fluxa quum fint infantium nuper genitorum corpora, facile invertuntur, et quum in partu edendo eos non recte obftetrices excipiunt, neque decenter fafciis involvunt; aut ubi eos poftea nutrices fine modo aut attollunt, aut reponunt, dum lac praebent, dum lavant, dum fafciis involvunt. In his fi quidem omnibus, nifi quis *infantes* apte tractaverit, facile fingulorum membrorum figura naturalis invertitur ac depravatur. Praeterea vero in univerfa quae fequitur educatione partim ab immoderata fatietate, partim a motu incompofito, dum maturius quam deceat et ftare et incedere ipfis conceditur, aut vehementius moveri, multa diftorqueri membra contingit. Satietas fiquidem actiones naturales interturbat, intempeftivi autem et vehementiores motus aliorfum quam deceat artus fubducunt ac circumagunt.

Ed. Chart. VII. [25.] Ed. Baf. III. (209. 210.)

τὰ μὲν γὰρ σκέλη κἀξ αὐτοῦ τοῦ βάρους τῶν ὑπερκειμένων σωμάτων ἢ πρὸς τοὐκτὸς ἢ πρὸς τὸ ἐντὸς διαστρέφεται κατὰ τὴν ἀρχαίαν τῆς κνήμης ῥοπήν. οἷς μὲν γὰρ ὀρθότερα τοῦ δέοντός ἐστι φύσει, βλαισοῦνται μᾶλλον· οἷς δὲ κοιλότερα, ῥαιβοῦνται. καλῶ δὲ βλαισὸν μὲν τὸ ἐπὶ τὰ ἐκτὸς ῥέπον, ῥαιβὸν δὲ τὸ ἐπὶ τἀναντία. καὶ κατὰ τὸν θώρακα δὲ μέλη διαστρέφεται πολλάκις ὑπὸ τῶν σφιγγου(210)σῶν τροφῶν αὐτὰ κακῶς ἔξωθεν ἐν τῇ πρώτῃ ἀνατροφῇ. καὶ μάλιστα παρ᾽ ἡμῖν ἔστι τὸ τοιοῦτον ἰδεῖν συνεχῶς γιγνόμενον ἐπὶ τῶν παρθένων. αὐξάνεσθαι γὰρ αὐτῶν αἱ τροφοὶ βουλόμεναι τὰ κατ᾽ ἰσχία τε καὶ λαγόνας, ὡς πολλῷ μείζω γίγνοιτο τῶν κατὰ θώρακα, ταινίαις τισὶν ὅλον ἐν κύκλῳ περιλαμβάνουσιν ἰσχυρῶς σφίγγουσαι τὰ κατ᾽ ὠμοπλάτας τε καὶ θώρακα μόρια σύμπαντα, κἂν τούτῳ πολλάκις ἀνίσου γιγνομένης τῆς τάσεως, ἢ προπετὲς εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἀπέφηναν τὸ στῆθος, ἢ τὰ ἀντικείμενα τὰ κατὰ ῥάχιν κυρτά. συμβαίνει δὲ ἐνίοτε καὶ ὥσπερ διακεκλασμένον καὶ παρηγμένον εἰς τὰ πλάγια γίγνεσθαι τὸ μετάφρενον, ὡς τὴν μὲν ἑτέραν ὠμοπλάτην

Crura etenim incumbentium eis corporum gravitate aut ad exteriora aut interiora diſtorquentur pro nativa tibiae propenſione. Quibus enim rectiora ſunt crura, quam naturae conveniat, varii magis incedunt; quibus autem caviora, vari efficiuntur. Voco autem varium, cui crus ad exteriora flectitur; varum, cui in contrariam partem. Thoracis quoque partes plerumque a nutricibus invertuntur, dum ipſas in prima educatione extrinſecus prave conſtringunt. Maxime vero hoc continenter apud nos intueri licet in virginibus, quibus dum ſtudent nutrices eas augere partes, quae circa coxas ſunt ac ilia, quo hae thoracis partibus majores fiant, faſciis quibusdam totum circumprehendunt, atque omnes ſcapularum ac thoracis partes vehementer conſtringunt; hinc, quum ſaepe inaequalis ſit tenſio, aut pronum in anteriora prominet pectus, aut huic oppoſitae *poſteriores* ſpinae partes gibbae redduntur. Accidit autem nonnunquam veluti praefractum in obliquum ſeduci dorſum, ita

ἀναυξῆ τε καὶ μικρὰν καὶ προσεσταλμένην ἱκανῶς φαίνεσθαι, τὴν δ᾽ ἑτέραν ἐξέχουσάν τε καὶ προπετῆ καὶ πάντη μείζονα. αὗται σύμπασαι κακίαι σχημάτων ἐν θώρακι συνίστανται πλημμελείᾳ καὶ ἀμαθίᾳ τῶν τροφῶν ἀγνοουσῶν ἰσοῤῥόπως ἐπιδεῖν. οὕτω δὲ καὶ οἱ ἰατροὶ πολλάκις οὐκ ὀρθῶς ἐπιδοῦντές τε καὶ διαπλάττοντες τὰ κατεαγότα κῶλα διέστρεψαν, ὥσπερ αὖ πάλιν οὐδὲν ἐξαμαρτάνοντος τοῦ θεραπεύοντος, αὐτὸς ὁ κάμνων πρὶν ἀκριβῶς κρατυνθῆναι τὸν πῶρον ἐπιχειρήσας χρῆσθαι τῷ κώλῳ, τῆς διαστροφῆς ἑαυτῷ γίνεται δημιουργός. ἀλλὰ καὶ θλασθέντα μόρια καθάπερ ῥὶς, ἢ καὶ περιθραυσθέντα καθάπερ οἱ ἄμβωνες τῶν κοτυλῶν, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ τῶν ὀστῶν ἐκκοπέντων ἢ σαρκὸς πλείονος, εἶτ᾽ οὐ κατ᾽ ἴσον αὐξηθείσης, ἀπόλλυσι τὸ κατὰ φύσιν σχῆμα. ἕτερος δὲ τρόπος βλάβης σχημάτων ὁ διὰ πλησμονὴν ἄμετρον ἢ ἔνδειαν, ὥσπερ τοῖς ὑπερπαχυνθεῖσιν ἢ συντακεῖσιν ἄγαν, ἤτοι καθ᾽ ἕν τι μόριον ἢ καὶ σύμπαντι τῷ σώματι. καὶ γὰρ οὖν καὶ ὁ ἐλέφας ὀνομαζόμενος καὶ ἡ φθόη φανερῶς ἐξαλλάττουσι τὴν μορφήν. σιμοῦται μὲν γὰρ ἡ ῥὶς, καὶ τὰ χείλη παχέα καὶ

ut altera fcapula et non aucta, et parva, et valde compreffa; altera vero prominens, tumida, ac omnino major appareat. Haec omnia figurarum vitia in thorace confiftunt ob nutricum errorem imperitiamque, aequilibrem deligationem ignorantium. Sic et medici plerumque non probe deligantes conformantesque artus effractos invertunt; quemadmodum rurfus et citra medici curantis peccatum ipfe aegrotus, fi priusquam callus prorfus firmus conftiterit membrum ad ufum accommodet, fibi inverfionis eft auctor. Sed et collifae partes ut nafus et confractae ut fupercilia acetabulorum et excifa quandoque offa, aut uberior caro, quae poftea non aequaliter fuccrefcit, naturalem figuram demoliuntur. Alius autem modus laefionis figurarum ob immoderatam repletionem, aut *alimenti* penuriam, quemadmodum aut ultra modum obefis, aut admodum colliquatis, five in una *corporis* parte, five in toto corpore oboritur. Nam et qui morbus elephas appellatur, et qui tabes, plane figuram immutant. Etenim nafus fimus fit, labra craffa, atque aures

ἀπεξυσμένα τὰ ὦτα φαίνεται, καὶ τὸ σύμπαν ὅμοιοι τοῖς σατύροις οἱ ἐλεφαντιῶντες γίγνονται. ῥὶς δ' ὀξεῖα, καὶ κρόταφοι συμπεπτωκότες, καὶ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ τὰ κατ' ὠμοπλάτας τε καὶ βραχίονας οἱονεὶ πτέρυγες ἔξωθεν αἰωρούμεναι τοῖς φθίνουσι φαίνονται. καὶ διαφθείρεται μὲν ἐν τούτοις ἅπασιν κατὰ πρῶτον λόγον τὸ κατὰ φύσιν σχῆμα· κατὰ δ' αὖ συμβεβηκὸς ἐν μὲν τοῖς παραλελυμένοις ἢ σπωμένοις ἢ φλεγμαίνουσιν ἢ σκιῤῥουμένοις, ἢ νεῦρα διῃρημένοις ἢ τένοντας, ἢ ὑπὸ σκληρῶν οὐλῶν δεδεγμένοις. ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς τοιούτοις ἑτερόῤῥοπον γίγνεται τὸ μόριον ἄλλοτε κατ' ἄλλην αἰτίαν. ἐν μὲν τοῖς κατὰ θάτερα παραλελυμένοις, ὑπὸ τῶν ἐνεργούντων μυῶν ἑλκόμενον. οὕτω δὲ κἀν τοῖς ἑτεροῤῥόποις σπασμοῖς ὑπὸ τῶν σπωμένων. καὶ φλεγμοναὶ δὲ καὶ σκίῤῥοι καὶ οὐλαὶ σκληραὶ καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα [26] παθήματα τείνοντα πρὸς ἑαυτὰ τὸ συνεχὲς, οὕτω διαστρέφει τὸ μόριον. ἐν δ' αὖ τοῖς διατετμημένοις νεύροις καὶ τένουσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς παραλελυμένοις ἡ τῶν ἀντιτεταγμένων τε καὶ κατὰ φύσιν ἐχόντων ἐνέργεια πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται τὸ

extenuatae videntur; ac omnino fatyris fimiles fiunt, qui laborant elephantiafi. At nares acutae, collapfa tempora, oculi concavi, et in fcapulis et brachiis tanquam alae exterius eminentes tabidis apparent. Atque his in omnibus prima ratione figura naturalis depravatur; per accidens autem *vitiatur* in his quos paralyfis obfidet, aut convulfio, aut inflammatio, aut fcirrhus, aut quibus nervi aut tendones fecti funt, aut duris cicatricibus obducti; in his fiquidem omnibus alias ob aliam caufam in alienam figuram aliorfum pars provolvitur; haec ut in iis, qui altera parte refolvuntur a mufculis actionem obeuntibus attrahitur: fic in convulfionibus, quae ad alteram contrahunt partem, a mufculis convulfis. Inflammationes etiam, fcirrhi, durae cicatrices et quicunque tales affectus partem ad fe proximam tendunt, fic partem pervertunt. In nervis autem et tendonibus diffectis, quemadmodum in refolutis, et oppofitorum et fecundum naturam fe habentium actio partem ad fe attrahit.

Ed. Chart. VII. [26.] Ed. Baſ. III. (210.)

μέρος, ὥστε τὰς πολλὰς ταύτας αἰτίας ἑνὶ τρόπῳ συμπάσας ὑπάγεσθαι τῇ διαστρεφούσῃ τὸ μέρος ἑτεροῤῥόπῳ τάσει. καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν παρὰ φύσιν σχημάτων διαφορᾶς ἱκανὰ καὶ ταῦτα. τὰς δ' ἐντὸς τῶν μορίων κοιλότητας ἢ τοὺς πόρους αὐτῶν ἤτοι διαφθείρεσθαι τελέως ἢ βλάπτεσθαι συμβαίνει κατὰ τάσδε τὰς αἰτίας, σύμφυσιν, στενοχωρίαν, ἔμφραξιν, θλίψιν, συνίζησιν, ἀναστόμωσιν. ἐνίοτε μὲν γὰρ ἑλκωθείσης τῆς ἔνδον ἐπιφανείας ἐν αὐτῇ τῇ κοιλότητι, κἄπειτα συμφύντων ἀλλήλοις τῶν ἡλκωμένων, ἡ διαφθορὰ γίγνεται τῆς κατὰ φύσιν διαπλάσεως· ἐνίοτε δὲ ἤτοι σαρκὸς ἐπιτραφείσης ἢ ἄλλου τινὸς παρὰ φύσιν βλαστήματος, ἢ καὶ σκίῤῥου συστάντος, ἢ φλεγμονῆς, ἢ ἀποστήματος ἐν αὐτοῖς τῶν ὀργάνων τοῖς σώμασι, κἄπειτα τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τὴν ἐντὸς κοιλότητα καταλαβόντος, ἡ στενοχωρία γίγνεται· καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ τῶν γλίσχρων τε καὶ παχέων ὑγρῶν καί τινων πόρων ἢ θρόμβων ἔμφραξις εἰς τὴν αὐτὴν ἄγει τὰς κοιλότητας διάθεσιν. οὕτω δὲ κἂν εἴ τι τῶν ἔξωθεν ἐμπιπτόντων θλίβοι σφοδρῶς, ἀναγκαῖον εἰς τὴν ἐντὸς κοιλότητα

Quare hae plures cauſae ad unam omnes reducuntur, inaequalem *nimirum* tenſionem, quae partem aliorſum urgendo pervertit. Atque de figurarum praeter naturam differentiis haec dixiſſe ſufficiat. Immerſas autem partibus cavitates, earumque meatus vel omnino interire, vel oblaedi contingit eas ob cauſas, coalitum, coarctationem, obſtructionem, conſtrictionem, ſubſidentiam, et apertionem. Interdum enim ulcerata cavitatis interiore ſuperficie, ac deinceps coaleſcentibus ulceratis partibus, conformationis naturalis everſio oboritur. Interdum vero quum aut caro excrevit, aut aliud quoddam praeter naturam tuberculum, aut ſcirrhus conſtitit, aut phlegmone, aut abſceſſus in ipſis organorum corporibus, ac deinde tumor praeter naturam internam cavitatem occupat, loci coarctatio oritur. Quin etiam *interdum* obſtructio ob lentos ac craſſos humores, vel ob callos aliquos, vel grumos orta, ad eundem affectum cavitates ducit. Ita vero ſi quid extrinſecus incidens vehementer comprimat, corpora cavitatem continentia ad ipſam interio-

Ed. Chart. VII. [26.] Ed. Baf. III. (210.)

συνωθεῖσθαι τὰ περιέχοντα αὐτὴν σώματα. κἂν εἰ συνιζάνοι δὲ εἰς ἑαυτὰ τὰ σώματα, καθάπερ ὑπὸ τῶν στυφόντων πάσχει συναγόμενα, καὶ ὑπὸ τῶν ψυχόντων πιλούμενα, καὶ πρὸς τῶν ξηραινόντων αὐαινόμενα, στεγνώσει δηλονότι κἂν τούτῳ μάλιστα μὲν τοὺς πόρους, ἤδη δὲ καὶ αὐτὰς τὰς κοιλίας. τὰ μέν γε στόματα τῶν πόρων οὐ στεγνοῦται μόνον, ἀλλὰ καὶ παντελῶς τυφλοῦται πολλάκις ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν. ἀτὰρ οὖν καὶ ἡ τῆς καθεκτικῆς ὀνομαζομένης δυνάμεως ἄμετρος κίνησις ἐσχάτως συνάγουσα καὶ σφίγγουσα τὰ στόματα τῶν πόρων, αἰτία καὶ αὕτη ποτὲ γίγνεται στεγνώσεως, ὥσπερ γε καὶ τῆς μανώσεως ἐνίοτε μὲν ἡ τῆς ἀποκριτικῆς δυνάμεως ἄμετρος κίνησις αἰτία γίγνεται, πολλάκις δὲ καὶ ἡ τῆς καθεκτικῆς ἀῤῥωστία, καί τι φάρμακον, ἢ ὕδωρ ἀναστομωτικὸν, ἢ πλάδος τις ἄμετρος αὐτοῖς τοῖς ὀργάνοις ἐγγενόμενος, ἢ ἡ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς κρᾶσις εἰς ὑγρότητά τε καὶ ἄμετρον θερμότητα μεθισταμένη. αὗται μὲν δὴ καὶ αἱ τῶν κατά τε τὰς κοιλίας καὶ τοὺς πόρους διαθέσεων αἰτίαι. καὶ δῆλον, ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων ἤδη πρόδηλον, ὁποίας τινὰς εἶναι βούλονται τὰς αἰτίας τῶν ἐν

rem ſimul impelli neceſſe *eſt*. Quod ſi ſubſideant in ſe ipſa corpora, ut quum ab aſtringentibus coguntur, aut a refrigerantibus denſantur, aut ab exiccantibus exareſcunt, ipſos quidem meatus imprimis, deinde et ipſos ventres omnino conſtipabunt. Equidem meatuum oſcula non ſolum conſtipantur ſub hujusmodi affectibus, verum etiam multoties occaecantur. Sed et retentricis, quam appellant, facultatis motus immoderatus, quum meatuum oſcula ad extremum cogit conſtringitque, conſtipationis cauſa redditur; quemadmodum et laxationis interdum, immoderatus excretricis facultatis motus, cauſa fit. Saepe quoque retentricis imbecillitas, et medicamentum aut aqua aperiens oſcula, aut quae mollities ipſis accidit organis, aut quae ambientis nos *aëris* temperies ad humiditatem et caliditatem immodicam permutatur. Hae quidem ipſae ſunt affectuum tum meatus tum ventres obſidentium cauſae. Atque manifeſtum *eſt*, ut ex jam commemoratis patet, quas et quales velint eſſe cau-

Ed. Chart. VII. [26. 27.] Ed. Bas. III. (210.)

τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασι νοσημάτων, ὅσοι συγκεῖσθαι νομίζουσιν ἐξ ὄγκων καὶ πόρων αὐτά. ἐμοὶ δὲ περιττὸν ἐδόκει μνημονεύειν καὶ τούτων ἰδίᾳ, ψευδοῦς ὅλης τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν οὔσης. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, εἴπωμέν τε τῶν ὑπολοίπων νοσημάτων τὰς αἰτίας, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν διάπλασιν αὖθις ὑπαρξάμενοι γένους. ὑπελείπετο δὲ ἐν αὐτῷ διττὴ νοσημάτων γένεσις, ἤτοι τραχυνομένων παρὰ φύσιν, ἢ λειαινομένων τῶν ὀργάνων. τραχύνεται δὴ τὰ πρότερον λεῖα, καὶ λεῖα γίγνεται τὰ πρότερον τραχέα, τὰ μὲν ὑπὸ δριμύτητος χυμῶν ἢ φαρμάκων ῥυπτόμενα, τὰ δ᾽ ὑπὸ λιπαρᾶς ὑγρότητος ἢ γλίσχρου χυμοῦ τεγγόμενα. καὶ μάλιστα ἐν ὀστοῖς ἐναργῶς φαίνεται ταῦτα γινόμενα, ποτὲ μὲν ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν ἰατρῶν οὐ δεόντως ἰωμένων, ἔστιν ὅτε δὲ κἀξ αὐτῆς τῶν ἐν τοῖς ζώοις ὑγρῶν ὁρμᾶται τῆς φύσεως. ὀφθαλμοῖς δὲ καὶ φάρυγγι τραχύτητες οὐκ ἐκ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀτμῶν δριμέων, ἢ κονιορτοῦ καὶ καπνοῦ προσγίνονται, [27] καθάπερ, οἶμαι, καὶ στομάχῳ καὶ γαστρὶ καὶ ἐντέροις ἔκ τε τῶν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι γεννωμένων

sas morborum similaribus corporibus insidentium, qui ipsa ex acervis ac meatibus construi arbitrantur. Mihi vero supervacaneum videtur de his privatim mentionem facere, quum tota eorum suppositio falsa sit. Sed ad propositum revertamur reliquorumque morborum causas explicemus, a conformationis genere rursus exordientes. Superest duplex morborum species, asperitas praeter naturam organorum et laevitas. Asperantur autem *organa*, quae prius erant laevia, et laevigantur, quae prius erant aspera. Illa quidem ab acrimonia humorum aut medicamentorum detersa, haec vero a pingui humiditate aut lento humore irrigata. Atque potissimum in ossibus haec manifeste oboriri conspiciuntur, quum interdum non decenter ab ipsis medicis curantur; interdum etiam ex humorum animalium corpora irrorantium natura ortum ducunt. Oculis autem et faucibus asperitates non ab his tantum, sed etiam ab acribus vaporibus, aut pulvere, et fumo contingunt quemadmodum, arbitror, et stomacho et ventriculo et intestinis a procreatis

Ed. Chart. VII. [27.] Ed. Bas. III. (210. 211.)

περιττωμάτων κἀκ τῆς τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων ποιότητος, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὰ δηλητήρια. πρόδηλον δ᾽ ὡς ἕκαστον τῶν τραχυνόντων αἰτίων σφοδρότερον γενόμενον ἕλκωσιν μέν τινα ἢ διάβρωσιν ἐν τοῖς σαρκώδεσι μορίοις, ἐν τοῖς ὀστοῖς δὲ τερηδόνας ἀπεργάζεται. αὗται μὲν οὖν αἱ τοῦ πρώτου γένους τῶν νοσημάτων τοῦ παρὰ τὴν διάπλασιν αἰτίαι.

Κεφ. η΄. Τοῦ δευτέρου δ᾽ αὖ τοῦ παρὰ τὸν ἀριθμὸν, εἰ μὲν ἀπόλοιτό τι τῶν κατὰ φύσιν, ἤτοι τομή τις, ἢ καῦσις, ἢ σῆψις, ἢ ψύξις ἰσχυ(211)ρὰ προηγεῖται. τὰ μὲν οὖν τῆς ψύξεως αἴτια προείρηται. σήπεται δὲ τὰ μὲν ὑπὸ τῶν σήπειν πεφυκότων φαρμάκων, ἢ τῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς ζώοις γεννωμένων περιττωμάτων, τὰ δ᾽ ὑπὸ τοῦ μὴ διαπνεῖσθαι· προείρηται δὲ καὶ τὰ τοῦ μὴ διαπνεῖσθαι προηγούμενα. εἰ δὲ τῶν οὐκ ὄντων τι κατὰ φύσιν ἐπιγίγνοιτο, νόσος μὲν καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶ παρὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν μορίων. ἀλλ᾽ εἰ μὲν τῆς κατὰ φύσιν ἰδέας ἔχοιτο τὸ ἐπιγιγνόμενον, ὕλης χρηστῆς πλη-

in ipſo corpore excrementis atque ab eorum quae eduntur et bibuntur qualitate; inter quae etiam venena ſunt. Liquet autem exaſperantium cauſarum ſingulas, quum valentiores ſuerint, in partibus quidem carnoſis ulcerationem aliquam aut eroſionem, in oſſibus vero cariem inducere. Hae itaque primi morborum generis conformationis cauſae *explicatae* ſunt.

Cap. VIII. In ſecundo autem genere, quod ad numerum pertinet, ſi perierit pars aliqua quae ſecundum naturam *adeſſe debuit*, aut ſectio quaedam, aut putrefactio, aut vehemens perſrigeratio praeceſſit. At cauſae quidem perfrigerationis prius explicatae ſunt. Putrent autem nonnulla a medicamentis putreſaciendi facultate praeditis, aut ab iis, quae in ipſis animalibus generantur, excrementis; quaedam ab iis, quae tranſpirationem prohibent. Atque prohibitae tranſpirationis antecedentes cauſae prius enarratae ſunt. Quod ſi quid eorum, quae ſecundum naturam non adſunt, adnaſcatur, equidem morbus eſt, qui ad numerum

Ed. Chart. VII. [27.] Ed. Bas. III. (211.)

θος αἴτιον· εἰ δὲ τῆς παρὰ φύσιν, εἴη ἂν καὶ ἡ τῆς ὕλης ποιότης παρὰ φύσιν. ἔῤῥωται δ' ἐν ἀμφοῖν ἡ δύναμις, ἢ οὐκ ἂν οὔτε διέπλαττε τὸ χρηστὸν οὔτ' ἀπέτριβε τὸ μοχθηρόν. διαπλάττει μὲν οὖν ἐν ταῖς κυήσεσιν, ἐπειδὰν ἑξαδάκτυλον ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἀπεργάσηται· κἀν τοῖς ἤδη τελείοις, ἐπειδὰν ἐπιτρέφῃ σάρκας ἰσχυρὰς τοῖς ἡλκωμένοις μορίοις, ὡς πτερύγιον τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἀποτίθεται δὲ τὸ περιττὸν ἐν γαγγλίοις τε καὶ μελικηρίσι καὶ στεατώμασι καὶ ἀθερώμασι καὶ τοῖς τοιούτοις ἅπασι.

Κεφ. θ'. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ μέγεθος τῶν μορίων αὐξάνεται μὲν ὑπό τε πλήθους ὕλης χρηστῆς καὶ δυνάμεως ἐῤῥωμένης, μειοῦται δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων, κἀπειδὰν ἤτοι τομή τις, ἢ καῦσις, ἢ σῆψις, ἢ νέκρωσις ἐκ καταψύξεως ἀμέτρου διαφθείρῃ τινὸς ὀργάνου μόριον, ὡς εἶναι τὸ λειπόμενον αὐτοῦ κολοβόν.

Κεφ. ι'. Τὰ δ' ἐν τῷ τῆς θέσεως γένει νοσήματα τινὰ μὲν ἐξαιφνιδίους τε καὶ σφοδρὰς ἔχει προηγουμένας κινήσεις,

partium ſpectat; ſed ſi quod ſupercrevit, formam naturalem obtineat, utilis materiae copia cauſa eſt; at ſi praeter naturam, erit quoque materiae qualitas praeter naturam. Facultas vero in utrisque robuſta ſit oportet, alias neque quod utile eſt conformaſſet, neque quod vitiatum erat, extruſiſſet. Conformat autem in conceptibus, quum aut ſextum digitum, aut quid aliud ejusmodi conſtruit; in jam adultis autem, quum exulceratis partibus validas carnes excreſcere molitur, ut in oculis pterygium. Deponit vero ſupervacaneum in gangliis, meliceridibus, ſteatomatis, atheromatis ac in ejusmodi omnibus.

Cap. IX. Praeterea vero magnitudo partium augetur ab utilis materiae copia et facultatis robore; minuitur autem a contrariis cauſis, quum aut ſectio aliqua, aut uſtio, aut putredo, aut ab immoderata perfrigeratione interitus aliquam organi partem adeo corrumpit, ut ipſius reſiduum mutilum maneat.

Cap X. In ſitus vero genere morbi nonnulli cauſas habent, repentinos ac vehementes, qui praeceſſerint, mo-

τινὰ δὲ δι' ἀμετρίαν τῆς ἐν τοῖς ἄρθροις ὑγρότητος γίγνεται, τεγγούσης μὲν τοὺς συνδέσμους καὶ χαλώσης, ὀλισθηρὰν δὲ τῇ γλισχρότητι τὴν ὅλην διάρθρωσιν ἐργαζομένης. ἐνίοις δὲ τῶν ἀμφὶ τὰς κοτύλας ὀφρύων περιθραυσθεισῶν ἑτοίμη ταῖς κεφαλαῖς τῶν κώλων ἡ παράλλαξις γίγνεται. τισὶ δ' εὐθὺς ἐξ [28] ἀρχῆς ὕπτιαί τε καὶ προπετεῖς εἰσι καὶ παντάπασιν ἐπιπολῆς αἱ κοτύλαι. ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα τῶν ἐξαρθρημάτων αἴτια. κατὰ δὲ τὰς ἐντεροκήλας τε καὶ τὰς ἐπιπλοκήλας ὀνομαζομένας ἀνευρύνεσθαι μὲν τοὐπίπαν, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ ῥήγνυσθαι συμβαίνει τὸν ἀπὸ τοῦ περιτοναίου καθήκοντα πόρον ἐπὶ τοὺς ὄρχεις, εἶθ' οὕτως εἰς αὐτὸν τὸν πόρον, ἢ εἰς τὸν ἐρυθροειδῆ χιτῶνα κατολισθαίνειν ἤτοι τὸ ἐπίπλουν, ἢ καί τι τῶν ἐντέρων. ἐξίσταται δὲ τῆς οἰκείας θέσεως ἔντερα, κἀπειδὰν τοῦ περιτοναίου διαιρεθέντος προπέσῃ. καὶ πνεύμονος δὲ λοβὸς ἐπὶ ταῖς τοῦ θώρακος τρώσεσιν ἐκπίπτει πολλάκις. καὶ ὁ ῥαγοειδὴς χιτὼν ἐπὶ πλεῖστον χαλᾶται, διαβρωθέντος τοῦ κερατοειδοῦς. εἰ δὲ καὶ τῶν σπλάγχνων ὑποπτύσσεταί τις ἐνίοτε λοβὸς ἐπὶ σφοδραῖς

tus; nonnulli ob humiditatis incommoderationem in articulis oboriuntur, quae ligamenta et madefacit et laxat, totamque dearticulationem prae lentitia lubricam labilemque reddit; quibusdam autem quod acetabulorum fupercilia confracta fuerint, prompta fit *elapfis* capitibus crurum alternatio; nonnullis vero quod quamprimum ab initio fupina et procumbentia et penitus in fuperficie fint acetabula. Haec igitur omnia luxationum caufae funt. In enterocelis quas appellant et epiplocelis laxari omnino, nonnunquam et rumpi eum meatum contingit, qui a peritonaeo ad tefticulos procedit; fic quoque dein ad ipfum meatum, aut ad tunicam erythroidem, aut omentum, aut aliquod inteftinum prolabitur. Decedunt etiam de proprio fitu inteftina, quum diffecto peritonaeo deciderint. Pulmonis quoque lobus multoties in thoracis vulneribus excidit. Et ob erofam corneam, uvea tunica plurimum laxatur. Praeterea fi vifcerum lobus interdum aliquis ob vehementes lapfus, aut

Ed. Chart. VII. [28.] Ed. Baf. III. (211.)

καταπτώσεσιν, ἢ θλίψεσιν, εἴη ἂν καὶ τοῦτο τὸ νόσημα τῆς τε θέσεως ἅμα καὶ τοῦ σχήματος ὑπάλλαξις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις γιγνόμενον. ἡ δὲ πρὸς τὰ παρακείμενα μόρια κοινωνία διαφθείρεται, συμφύντων τινῶν ἀλλήλοις οὐ δεόντως, ἤ τινος ἀρτήματος, ἢ δεσμοῦ χαλασθέντος, ἢ συνταθέντος, ἢ ἀποῤῥαγέντος. ἐκ τίνων δ' ἕκαστον τούτων γίγνεται προφάσεων, εὔδηλον.

Κεφ. ια'. Ἑνὸς δ' ἔτι γένους νοσήματος κοινοῦ πάντων τῶν μορίων, εἴτ' οὖν ὁμοιομερῆ τε καὶ ἁπλᾶ τελέως, εἴτε καὶ σύνθετα εἴη, τὰς αἰτίας τῆς γενέσεως εἰπεῖν χρή. καλεῖν μὲν οὖν εἴωθα τὸ γένος τοῦτο σύμπαν ἑνώσεως λύσιν, ἢ διαφθορὰν ἑνώσεως, ἢ συνεχείας λύσιν, ἢ ὅπως ἂν ἄλλως ἐλπίσω τὸν λόγον σαφῆ ἔσεσθαι τοῖς ἀκούουσιν. οὐδὲν γὰρ ὄνομα κατ' αὐτοῦ κείμενον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν παρελάβομεν, ὥσπερ ἐπί τινων εἰδῶν αὐτοῦ κάταγμα μὲν καὶ τερηδόνα τῆς ἐν ὀστῷ συνεχείας διαιρουμένης, ἕλκος δὲ καὶ τραῦ-

compressiones complicetur, erit quoque is morbus et situs simul et figurae immutatio, a commemoratis causis factus. In vicinis autem partibus societas depravatur, quum quaedam inter se inepte coalescunt, aut quum aliquod appendiculum, vel vinculum laxatur, vel intenditur, vel abrumpitur. Ex quibus autem causis hi singuli morbi oriantur, declaratum est.

Cap. XI. At unius adhuc generis morbi omnibus partibus, sive similares ac omnino simplices, sive compositae existant, communis causae effectrices sunt explicandae. Equidem hoc universum genus unitatis solutionem vocare consuevi, aut unitatis corruptionem, aut continui solutionem, vel quomodocunque aliter, prout speraverim sermonem auditoribus fore perspicuum. Nullum enim nomen aliquod a majoribus huic impositum accepimus; quemadmodum nonnullis ejus speciebus fracturam quidem et cariem *vocitant* solutam in osse continuitatem; in carne ve-

Ed. Chart. VII. [28.] Ed. Baf. III. (211.)

μα τῆς ἐν σαρκί. κατά μέν γε τὰ τῆς κεφαλῆς ὀστᾶ καὶ πλείω τὰ ὀνόματα. τὸ μὲν γὰρ, οἷόν περ ἐν τοῖς ἄλλοις ὀστοῖς κάταγμα, ῥωγμή τε καὶ ῥῆξις προσαγορεύεται, τὸ δ' ὑπό τινος ὀξέος ἐμπεσόντος αὐτοῖς καὶ διακόψαντος ἐγκοπή τε καὶ διακοπὴ καὶ ἕδρα. τὸ δὲ τῆς τερηδόνος ὄνομα πλεονάζειν δοκεῖ τῷ ε στοιχείῳ· παρὰ γὰρ τὸ τρῆμα συγκεῖσθαι πεπίστευται, καθάπερ τερηδών τις οὖσα. καὶ γίνεται μὲν ὑπὸ δριμέων χυμῶν διαβιβρωσκόντων, ὑποπίπτει δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἑτέρῳ γένει νοσήματος. ὀστοῦ γοῦν τραχύτης μᾶλλον ἢ τερηδὼν ὀνομάζεται. μείζονος δὲ τοῦ τρήματος γενομένου καὶ οἷον ὀπῆς τινος ἤδη φαινομένης, τερηδὼν ὀνομάζεται. καὶ μὴν καὶ τὸ θλάσμα τούτου τοῦ γένους ἐστὶν, ἐν μὲν τοῖς σαρκώδεσιν ὡς τὰ πολλὰ μέρεσι γιγνόμενον, ἔστιν ὅτε δὲ κἀν τοῖς τῆς κεφαλῆς ὀστοῖς, ἐπὶ παίδων μάλιστα. δεῖ μὲν γὰρ εἴκειν εἰς ἑαυτὸ πάντως τὸ θλασθησόμενον, δεῖ δὲ αὐτὸ τοῦτο μαλακὸν εἶναι καὶ μὴ τελέως σκληρόν. ὥστε τῶν σαρκωδῶν ἔσται μορίων καὶ τῶν ἁπαλῶν ὀστῶν ὑπό

ro ulcus ac vulnus. In offibus autem capitis plura etiam funt nomina. Nam ut in caeteris offibus, *fic in his* fractura et fiffura et ruptura vocatur. Quae vero ab acuto quodam ipfis occurfante *ferro* atque incidente fit, excifio et incifio et fedes. Nomen autem τερηδόνος, *id eft cariei,* ε litera abundare videtur; nam παρὰ τὸ τρῆμα, *hoc eft a foramine,* derivari creditur, ac fi teredon, i. e. *perforatio,* quaedam exiftat, quae ab acribus humoribus erodentibus fit, ac in principio quidem cadit fub aliud morbi genus, et offis afperitas potius quam caries nominatur; majori autem perforatione facta, et tanquam foramine quodam apparente, caries appellatur. Et quidem hujus generis eft collifio, quae in carnofis plerumque fit partibus, nonnunquam vero et in offibus capitis, in pueris maxime; nam in fe ipfum prorfus cedat oportet quicquid colliditur; idque ipfum molle effe oportet, non autem abfolute durum; quare carnofarum erit partium tenerorumque offium, ab aliquo extrinfecus incidente

τινος ἐμπεσόντος ἔξωθεν αὐτοῖς ἰσχυροῦ τε καὶ σκληροῦ σώματος. ὅταν οὖν τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας τοῦ παθόντος οὕτω μορίου συνεχοῦς ἔτι φυλαττομένης, ἐν τῷ βάθει γεννηθῶσι πολλαὶ καὶ σμικραὶ διαιρέσεις, θλάσμα τε καὶ θλάσις ὀνομάζεται τὸ νόσημα· κοιλότητος δέ τινος ἐμφαινομένης, ἣν τὸ πλῆξαν ἐναπειργάσατο τῷ θλασθέντι, καλεῖται τὸ πάθος ἔνθλασις. [29] ἀνάγκη μὲν οὖν ἅπασα κατ' αὐτὴν τὴν πληγὴν εἰς ἑαυτὸ συνωθεῖσθαι καὶ κοῖλον γίγνεσθαι τὸ θλώμενον, ἢ οὐκ ἂν ἐνθλασθείη. διασώζεσθαι δὲ τὴν κοιλότητα τοῦ δρῶντος ἀπελθόντος οὐκ ἔτ' ἀναγκαῖον. ἐπανέρχεται μὲν ὡς τὸ πολὺ τὰ μαλακὰ σύμπαντα, χωρισθέντος τοῦ πλήξαντος, εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. εἰ δὲ μὴ μόνον εἴσω χωρήσειε τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν, ἀλλὰ καὶ ῥῆξίς τις αὐτῷ προσγένοιτο κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, σύνθετον ἤδη τὸ τοιοῦτον, καὶ οὐδὲν ὄνομα κατ' αὐτοῦ κείμενον ἔχομεν εἰπεῖν παλαιόν. ἀλλὰ χρὴ λόγῳ δηλοῦν αὐτὸ μᾶλλον ἤπερ ὀνόμασιν ἐσχάτως χρῆσθαι βαρβάροις, οἷα πολλὰ τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς ἐξεύρηται. συνεχείας δ' ἐστὶ λύσις καὶ τὸ ῥῆγμα

violenter et valido et duro corpore *collidi.* Quum igitur externa partis ita affectae superficies continuitatem etiamnum servat, et in profundo multae et exiles fiunt divisiones, collisio et contusio hic morbus nominatur. At apparente aliqua cavitate, quam parti collisae percutiens *corpus* impresserit, hic affectus illisio vocatur. Igitur necessarium omnino est collisam partem sub ipso ictu in sese compelli et concavam fieri, alias non collideretur: servari vero cavitatem abeunte causa efficiente, necessarium non est. Mollia siquidem omnia, sublata causa feriente, ad pristinum statum plerumque redeunt. Si vero non solum intro cesserit os capitis, verum etiam ruptura quaedam in exteriori superficie accesserit, jam compositus erit ejusmodi morbus, neque ullum ei nomen priscum ipsi impositum habemus. Quamobrem oratione potius explicandus est, quam nominibus uti summe barbaris, qualia multa a junioribus medicis usurpata sunt. Caeterum continuitatis solutio etiam est tum ruptu-

καὶ τὸ σπάσμα, τὸ μὲν ἐν σαρκώδει μορίῳ, τὸ δ' ἐν νευρώδει συνιστάμενον. αἰτία δὲ καὶ τούτων τῆς γενέσεως ἐξαιφνίδιός τις, ἢ ἀνώμαλος, καὶ ἡ σφοδρὰ κίνησις, καὶ μάλισθ' ὅταν ἄτριπτά τε καὶ ἀνώμαλα καὶ ἀθέρμαντα καὶ ἀμάλακτα πρὸς τὰς κινήσεις ἄγηται τὰ σώματα. διασπᾶται γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι πολλὰ τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων. συνελόντι δὲ φάναι, πάντα τὰ τοιούτου γένους τῶν νοσημάτων αἴτια τὰ μὲν ἔξωθεν ὁρμᾶται, τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος· ἔξωθεν μὲν ὅσα τιτρώσκειν ἢ θλᾶν πέφυκεν, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ σώματος ἄμετροί τε καὶ ἄτακτοι κινήσεις τοῦ ζώου, καί τινες ὑγρῶν μοχθηρίαι διαβιβρώσκειν πεφυκυῖαι. τοιαῦται γάρ τινες αἰτίαι καὶ αἱ τοῦ κοινοῦ νοσήματος ἁπάντων τῶν μορίων, τῶν θ' ἁπλῶν καὶ πρώτων, ἃ δὴ καὶ ὁμοιομερῆ καλεῖται, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνων συντιθεμένων, ἃ δὴ ὄργανά τε καὶ ὀργανικὰ προσαγορεύεται. τὰς δὲ τῶν συνθέτων νοσημάτων αἰτίας οὐδὲν ἔτι χαλεπὸν ἐξευρίσκειν ἐκ τῶν εἰρημένων συντιθεμένας. ὥστ' ἐπειδὴ τοῦτο βουληθεὶς ἕκαστος ἑαυτῷ

ra tum convulſio; haec in nervoſa, illa in carnoſa parte conſiſtens. Horum vero generationis eſt cauſa repentinus quidam vel inaequalis vehemensque motus, ac tum praecipue quum neque perfricta, neque aequabilia *reddita,* neque calefacta, neque emollita, ad motus aguntur corpora. Divelluntur enim in ejusmodi affectibus plurimae eorum partes; atque ut ſummatim dicam, omnes hujus generis morborum cauſae aut extrinſecus irruunt, aut ex ipſo corpore *oriuntur*. Extrinſecus quidem *adveniunt,* quae vulnerare ac collidere queunt; ex ipſo corpore, immoderati ac incompoſiti animalis motus, et quaedam humorum pravitates erodendi facultate praeditae. Hae namque ſunt cauſae morbi omnibus partibus communes, tum ſimplicibus ac primis, quae ſimilares appellantur, tum ex iis compoſitis, quae et organicae et organa dicuntur. Compoſitorum vero morborum cauſas non arduum eſt invenire, quum ex jam commemoratis componantur. Quare quum quis hoc deſideraverit,

Ed. Chart. VII. [29.] Ed. Bas. III. (211.)

δυνατός ἐστιν ἐκπορίζεσθαι, καιρὸς ἂν εἴη μοι καὶ τοῦτον τὸν λόγον ἐνταυθοῖ καταπαύσαντι περὶ τῆς τῶν συμπτωμάτων διαφορᾶς ἐφεξῆς διελθεῖν.

potest sibi hanc caussarum copiam parare. Sed tempus me compellit huic libro finem imponentem de symptomatum differentiis deinceps differere.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΥΜΠΤΩΜΑΤΩΝ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VII. [29. 30.] Ed. Bas. III. (212.)

Κεφ. α΄. Τίνα μέν ἐστι καὶ πόσα τὰ σύμπαντα νοσήματα κατ᾽ εἴδη τε καὶ γένη διαιρουμένοις, ἁπλᾶ τε καὶ σύνθετα, ὁπόσαι τε καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν αἰτίαι τῆς γενέσεως, ἐν ἑτέροις ὑπο[30]μνήμασι γέγραπται. λοιπὸν δ᾽ ἂν εἴη περὶ τῶν συμπτωμάτων διελθεῖν, ἵν᾽ ἦ τέλειος ὁ περὶ πασῶν τῶν παρὰ φύσιν διαθέσεων λόγος. ἅπασα γὰρ οὖν διάθεσις σώματος ἐξισταμένη τοῦ κατὰ φύσιν ἤτοι νόσημά ἐστιν, ἢ αἰτία νοσήματος, ἢ σύμπτωμα νοσήματος. ὅπερ ἔνιοι

GALENI DE SYMPTOMATVM DIFFERENTIIS LIBER.

Cap. I. Quinam et quot universi morbi sint, tum simplices, tum compositi, in genera ac species *a nobis* dividentibus, quot etiam singulorum generationis sint causae, aliis in commentariis conscriptum est. Reliquum est de symptomatis disserere, quo de affectibus omnibus, qui praeter naturam sunt, integrum reddatur opus. Omnis igitur corporis affectus a naturali statu decedens aut morbus est, aut morbi causa, aut morbi symptoma, quod epigennema, i. e.

τῶν ἰατρῶν ἐπιγέννημα καλοῦσιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ πάνυ τι σύνηθές ἐστι τοῖς Ἕλλησι τοὔνομα, σύμπτωμα δὲ καὶ πάθημα καὶ πάθος ὀνομάζουσι συνήθως ἅπαντα τὰ τοιαῦτα. σημαίνεται μὴν οὐ πάντῃ ταυτὸν ἐκ τῶν ὀνομάτων, ἀλλ᾽ ὡς ἐγὼ νῦν διαιρήσω περὶ πάντων ἑξῆς τῶν παρακειμένων ἀλλήλοις κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἐπεξιών. ἡ μὲν δὴ νόσος εἴρηται, κατασκευή τις οὖσα παρὰ φύσιν, ὑφ᾽ ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως. δῆλον δὲ ὡς εἰ καὶ διάθεσίν τινα εἴποιμεν παρὰ φύσιν, ὑφ᾽ ἧς ἐνέργεια βλάπτεται, ταυτὸν ἐροῦμεν. ἕκαστον γὰρ τῶν ὄντων διάκειταί πως, εἴθ᾽ ὑγιεινὸν, ἄν τε νοσῶδες, ἄν τε μηδέτερον ὑπάρχῃ. παρὰ δὲ τὸ διακεῖσθαί πως τὸ τῆς διαθέσεως ὄνομα γέγονεν, εἰς ταύτην ἠγμένον τὴν χρῆσιν οὐχ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων μόνων τῶν παλαιῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. ἡ μὲν οὖν διάθεσις κοινὸν ἁπάντων, ὑγιαινόντων καὶ νοσούντων καὶ οὐδετέρως ἐχόντων. καὶ γὰρ καὶ μέλους καὶ ἁρμονίας καὶ λόγου καὶ λέξεως διάθεσις εἴρηται παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. [ἡ νόσος δὲ τὸ ἐναντίον τῇ ὑγείᾳ.

confectarium quidam medici vocitant. Verum non admodum id nomen Graecis confuetum eft, fed fymptoma et pathema et pathos haec omnia pro confuetudine nominant. Non idem tamen omnino his vocabulis fignificatur, fed nunc ego de omnibus ordine inter fe difpofitis diftincturus, ad hunc modum differo. Equidem morbus definitur conftitutio quaedam praeter naturam, a qua primum actio laeditur. Conftat autem et fi eum effe affectum quendam praeter naturam dixerimus, a quo actio laeditur, nos idem dicturos. Nam quicquid eft, five fanum, five aegrum, five neutrum fit, aliquo modo afficitur. A *διακεῖσθαι* vero, i. e. *affici, διάθεσις*, i. e. *affectus*, nomen quodammodo derivatum eft in hunc ufum non ab antiquis folum philofophis, fed etiam aliis Graecis ductum. Enimvero affectus generatim omnibus tum fanis, tum aegris, tum neutro modo fe habentibus eft commune. Etenim et cantus et harmoniae et orationis et dictionis affectio a Graecis dicitur. [Morbus autem fanitati contrarium: differt autem ab utroque quod

Ed. Chart. VII. [30.] Ed. Baf. III. (212.)

διαφέρει δ' ἀμφοῖν τὸ πάθος τε καὶ πάθημα προσαγορευόμενον, ὥσπερ δὴ καὶ Πλάτων αὐτὸς διοριζόμενος ἔλεγε· πᾶν γὰρ ὅ τι περ ἂν πάσχῃ τις πάθος προσρητέον. ὅθεν, οἶμαι, καὶ τὰς τῶν αἰσθήσεων ἀλλοιώσεις παθήματα προσαγορεύει, κατὰ μὲν τὴν ὄψιν τὰς ἀπὸ λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ξανθοῦ καὶ τῶν ἄλλων χρωμάτων, κατὰ δὲ τὴν ἁφὴν τὰς ἀπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων. οὕτω δὲ καὶ καθ' ἑκάστην τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. ὀνομάζει δὲ καὶ τὴν ἡδονὴν πάθημα, καὶ ὅλως ἅπασαν κίνησιν ἡντιναοῦν τὴν ὑφ' ἑτέρου γινομένην ἐν ἑτέρῳ. ἡ μὲν γὰρ τοῦ ποιοῦντος κίνησις ἐνέργεια, πάθημα δὲ καὶ πάθος ἡ τοῦ διατιθεμένου πως ὑπ' αὐτοῦ. καὶ γὰρ καθόλου τὸ διατίθεσθαί πως ταυτὸν τῷ πάσχειν ἐστί. καὶ διήνεγκε τῆς διαθέσεως τὸ πάθημα κινήσει· πανσαμένου γὰρ τοῦ ἀλλοιοῦντος, ἡ περὶ τὸ παθὸν ἀλλοίωσις ὑπομένουσα, διάθεσίς ἐστι τοῦ παθόντος. ὥστε ἐν αὐτῷ μὲν τῷ τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλεσθαι καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ κινεῖσθαι τὸ πάθος ἔχει τὴν γένεσιν, ἐν δὲ τῷ μένοντι καὶ σωζομένῳ περὶ τὸ ὑποκείμενον σῶμα

pathos, et pathema nominatur (ut etiam Plato ipfe definiens proferebat), *quicquid aliquis perpeffus fuerit, pathos*, i. e. *paffio, appellandum eft.* Unde, arbitror, fenfuum quoque alterationes pathemata nominavit. In vifu quidem eas, quae ab albo, nigro, flavo et caeteris coloribus fiunt; in tactu, quae a calido, frigido, ficco, humido, duro, molli caeterisque ejusmodi omnibus; fic et in fingulis reliquis fenfibus. Nominat autem is et voluptatem pathema, i. e. *paffionem,* omnemque prorfus motum, quicunque ab altero procedit in alterum. Quippe agentis motus actio eft; rei vero ab eo quodammodo affectae, pathema et pathos, i. e. *paffio*, Etenim univerfe ipfum affici idem quodammodo quod pati eft, differtque paffio ab affectu motu; ceffante enim alterante, alteratio, quae in paffo remanet, affectus rei perpeffae eft; ita ut in ipfo, quod convertitur et mutatur et alteratur et movetur, paffio generationem habeat, in eo vero, quod permanet et in fubjecto corpore fervatur, affe-

Ed. Chart. VII. [30. 31.] Ed. Bas. III. (212.)

τὴν διάθεσιν. ἤδη δὲ μένουσαν διάθεσιν οἱ Ἕλληνες ὀνομάζουσι πάθος, ὥσπερ καὶ τὸ πεποιηκὸς, οὐκ ἔτι δὲ τὸ ποιοῦν, αἴτιον. καί τοί γε οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς αἴτιον οὔθ' ἡ μένουσα διάθεσις ἁπλῶς ἐστι πάθος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ κατά γε τὸν ἀκριβῆ λόγον γεγονὸς μὲν πάθος ἐστὶν, ὂν δὲ οὐκέτι. ὅτι δ' οὕτως σύνηθές ὀνομάζειν τοῖς Ἕλλησιν ἐν τῇ τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων πραγματείᾳ δέδεικται. καὶ χρὴ μεμνημένους ὅπερ ἀεὶ λέγεται πρὸς ἡμῶν ὑπὲρ μὲν τῶν ὀνομάτων ὅτι τάχιστα συντίθεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπὶ δὲ τὰ πράγματα σπεύδειν αὐτὰ, καὶ διατρίβειν τε καὶ χρονίζειν ἐν ἐκείνοις. ἀλλ' οἱ πλεῖστοι τῶν πεπαιδεῦσθαι φασκόντων ἔμπαλιν δρῶσιν, ἅπαντα κατατρίβοντες τὸν ἑαυτῶν βίον εἰς τὴν περὶ τῶν ὀνομάτων ἔριν, ὡς μηδέποτε δυνηθῆναι τοῦ τέλους τῆς τέχνης ἐφικέσθαι. τί δὴ οὖν χρὴ ποιεῖν τὸν ἀληθείας ἐραστήν; ἐπιδεικνύναι τὰ παραπλήσια ταῖς ἀλλήλων φύσεσι πράγματα, καὶ διὰ τοῦτο παρορώμενα, κἄπειτα τίθεσθαι κατὰ τούτων τὰ ὀνόματα, μάλιστα μὲν, εἰ οἷός τε εἴη, τὰ συνηθέστατα τοῖς Ἕλλησιν· εἰ δ' ἀγνοοίη [31] ταῦτα, ποιεῖν ἴδια,

ctus constet. Jam ipsum quoque permanentem affectum Graeci passionem nominant, ut etiam quod jam effecit, nec etiamnum efficit, causam. Quanquam neque hoc simpliciter causa est, neque permanens affectus simpliciter passio; sed accurate loquenti affectus passio est jam facta, non autem quae adhuc fit. Quod autem Graecis sic nominari consuetum est, in libro de medicis nominibus a nobis est demonstratum. Atque rei memores, quae a nobis semper profertur, de nominibus quamprimum inter nos convenire, et ad res ipsas properare, et in iis versari morarique oportet. Verum eorum qui sese eruditos profitentur, plurimi contra efficiunt, in contentione de nominibus totam suam vitam ita conterentes, ut ad artis finem pervenire nunquam possint. Quidnam igitur veritatis studiosum agere oportet? Res naturis inter se similes, ob idque neglectas demonstrare; deinde nomina iis imponere, potissimumque, si possit, Graecis usitata; sed si haec ignoraverit, propria fingere;

Ed. Chart. VII. [31.] Ed. Baf. III. (212.)

πρὸ πάντων δὲ καθ᾽ ἑκάστου πράγματος ἓν ὄνομα, ἵνα μήτε παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἀσάφειά τις γένηται καὶ σοφίσματα συνίστηται κατὰ τὸν λόγον, μήτε παραλείπηταί τι πρᾶγμα· τὸ δ᾽ εἴτ᾽ ὀρθῶς, εἴτε οὐκ ὀρθῶς, εἴτε κυρίως, εἴτ᾽ ἀκύρως κεῖται τοὔνομα, κατὰ πολλὴν ἐπισκέπτεσθαι σχολὴν, ὅταν ἤδη τὰ πράγματα μεμαθηκότες ὑπάρχωμεν. ἐν γὰρ τῇ τούτων γνώσει τὸ κατορθοῦν ἐστιν, οὐκ ἐν τοῖς ὀνόμασιν. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὡς ἔφην, τὰ συνήθη τε τοῖς Ἕλλησιν ὀνόματα τιθέμεθα καὶ τὰ παρακείμενα ἀλλήλοις πράγματα διοριζόμεθα, τοῖς δ᾽ ἄλλοις ὀνομάζειν μὲν ὡς ἂν ἐθέλωσι συγχωροῦμεν, ἀδιόριστον δέ τι πρᾶγμα παραλιπεῖν οὐ συγχωροῦμεν. ἐν αὐτοῖς γοῦν τούτοις τοῖς νῦν προκειμένοις ἡμῖν, ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐν τῷ τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλεσθαι τὸ σῶμα καὶ ὁπωσοῦν ἀλλοιοῦσθαι γινόμενον ἕτερόν ἐστι τοῦ γεγονότος ἤδη καὶ μένοντος, αὐτοῦ δὲ τοῦ γεγονότος τὸ μὲν ἐνεργείας τῆς κατὰ φύσιν ἐστὶ ποιητικὸν, τὸ δὲ βλαπτικὸν, τὸ μὲν ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι κεκτημένον ἐνέργειαν ἢ πάθος ὠνομάσαμεν, τὸ δ᾽ ἐν τῷ διαμένειν ἐπί τινα χρόνον

ante omnia vero ſingulis rebus ſingula nomina, quo nulla obſcuritas ex homonymia naſcatur, neque captiones ſint in ſermone, neque res ulla omittatur. Illud vero ſive recte, ſive non recte, ſive proprie, ſive improprie nomen ſit impoſitum, id multo otio conſiderandum eſt, quum res ipſas jam didicerimus; quippe in harum cognitione rectum inſtitutum conſiſtit, non in nominibus. Nos igitur, ut diximus, tum conſueta Graecis nomina imponimus, tum res inter ſe vicinas diſtinguimus et caeteris, prout voluerint, nominare permittimus, ſed res aliquas indefinitas praetermittere non concedimus. Proinde his in ipſis quae nunc nobis propoſita ſunt, quoniam id quod ipſa corporis converſione et mutatione et qualicunque alteratione conſiſtit, diverſum eſt ab eo quod jam factum eſt manetque, ejus autem, quod factum eſt, aliud naturalem actionem efficit, aliud eam laedit; quod in fieri eſſentiam habet, actionem paſſionemve nominavimus; quod in permanſione ad aliquod

ὑγιείαν ἢ νόσον. ἐνεργείας δὲ διώρισται πάθος, ὡς ποιοῦν ποιουμένου καὶ νόσος ὑγιείας, ὡς τὸ μὲν παρὰ φύσιν ὄν, τὸ δὲ κατὰ φύσιν. αὖθις οὖν αὐτῶν εἰπόντες ὅλους τοὺς λόγους, ἐχώμεθα τῶν ἐφεξῆς. ὑγεία μὲν οὖν ἐστι διάθεσις κατὰ φύσιν ἐνεργείας ποιητική. διαφέρει δ' οὐδὲν, ὡς ἔφαμεν, εἴτε κατασκευὴν, ἢ διάθεσιν εἴποιμεν, εἴτε ποιητικὴν ἐνεργείας, εἴτ' αἰτίαν ἐνεργείας. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ τὸ κατὰ φύσιν ἀφέλοιμεν, οὐδὲν διοίσει. συσσημαίνεται γὰρ ἐν τῷ λοιπῷ λόγῳ. οὕτω δὲ καὶ νόσος, ἡ παρὰ φύσιν κατασκευὴ τοῦ σώματος, καὶ αἰτία τοῦ βεβλάφθαι τὴν ἐνέργειαν. ἢ συντομώτερον οὕτως, νόσος ἐστὶ διάθεσις παρὰ φύσιν, ἐνεργείας ἐμποδιστική. πάθος δ' ἐστὶν ἡ περὶ τὴν ὕλην ἀπὸ τοῦ δρῶντος κίνησις. αὕτη δὲ ἡ τοῦ δρῶντος κίνησις ἐνέργεια. τὸ δ' ἐκ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως εἰσφερόμενόν τινα τῷ γινομένῳ μοῖραν τῆς γενέσεως αἴτιον αὐτοῦ λέγεται. πλείω δ' ἐστὶ ταῦτα κατὰ γένος· ἥ τε γὰρ ὕλη καὶ ἡ χρεία καὶ ὁ σκοπὸς καὶ τὸ ὄργανον καὶ τὸ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. ἕκαστον γὰρ τούτων εἰσφέρεταί τινα

tempus, fanitatem, morbumve. Paffionem vero ab actione difcrevimus, tanquam quod efficitur ab eo quod efficit et morbum a fanitate, ut illud praeter naturam eft, hoc fecundum naturam. Rurfus igitur integris horum orationibus pofitis, reliquis haereamus. Sanitas igitur affectus eft fecundum naturam actionem efficiens. Nihil refert, ut diximus, utrum conftitutionem, aut affectum dixerimus, aut actionis effectricem, aut actionis caufam; fimili modo nec fi illud, fecundum naturam, abftulerimus, quicquam referet; adfignificatur enim in reliqua oratione. Sic vero et morbus conftitutio corporis eft praeter naturam et caufa laefae actionis; aut fic anguftius: morbus eft affectus actionem interturbans. Paffio motus eft in materia, ab agente: ipfe vero agentis motus, actio; quod autem ex fua natura ei quod efficitur aliquam generationis portionem confert, caufa ipfius dicitur. Caufae vero genere funt plures; nam et materia, et ufus, et fcopus, et inftrumentum, et unde motus initium, *caufae funt.* Hae namque fingulae ei quod

Ed. Chart. VII. [51.] Ed. Baf. III. (212. 213.)

τῷ γενομένῳ συντέλειαν· τὰ δ' οὐδὲν μὲν εἰσφερόμενα, μὴ χωριζόμενα δὲ τῶν εἰσφερομένων, τὸν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ἐπέχει. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐνδέχεταί τινα στίχον αἰτιῶν γενέσθαι πολλάκις ἀλλήλας διαδεχομένων, ὡς εἰ καὶ ψηφίδων ἐφεξῆς ἀλλήλαις κει(213)μένων πλειόνων κινήσειέ τις τὴν πρώτην, αὕτη δὲ τὴν δευτέραν, κᾀκείνη τὴν τρίτην, καὶ οὕτω κατὰ τὸ ἑξῆς ἑκάστη τὴν μεθ' ἑαυτήν. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις ἅπασιν, εἰ μή τις διορίζοιτο τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ποιεῖν λεγομένου τὸ καθ' ἑαυτὸ, πάμπολλά τε καὶ ἀτοπώτατα συμπεσεῖται τοῖς λόγοις ἁμαρτήματα. σημαίνει δὲ ταυτὸν τὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ τῷ πρώτως, κᾂν εἴ τινες τῶν ἀττικιζόντων φυλάττοιντο τοὔνομα, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τῷ δευτέρως. ὁ μὲν οὖν τὸν δάκτυλον προσενεγκὼν τῇ πρώτῃ ψηφῖδι πρώτως μὲν ταύτην ἐκίνησε, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ δευτέρως τὴν ἐφεξῆς αὐτῇ, καὶ οὕτως ἤδη καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας. οὕτως δὲ καὶ ἡ πρώτη καθ' ἑαυτὴν μὲν τὴν δευτέραν, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὴν τρίτην καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐφεξῆς. καὶ ἡ δευτέρα δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον πρώτως

efficitur perfectionis aliquid conferunt; quae vero nihil conferunt, fed tamen a caufis conferentibus non fejunguntur, haec caufarum fine quibus non rationem obtinent. His ita fe habentibus, poteft caufarum multoties fefe invicem excipientium feries quaedam inftitui, ut fi quis calculis pluribus inter fe ordine pofitis, primum moveat, ac primus fecundum, et hic tertium, et fic deinceps unusquisque fuccedentem. In hujusmodi enim omnibus nifi quis id quod per fe efficere dicitur ab eo quod per accidens diftinguat, plurimi abfurdiffimique errores in difputationibus contingent. Significat autem per fe idem quod primo, tametfi Attice eloquentium quidam hoc vocabulum averfantur; per accidens vero, idem quod fecundo. Igitur qui primo calculo digitum admovit, primo quidem hunc movit, per accidens vero ac fecundo huic proximum, atque fic jam quoque reliquos omnes. Sic primus quoque fecundum *movet* per fe, per accidens vero tertium reliquosque ordine fubfequentes. Jam fecundus eadem ratione primo *movet* ter-

μὲν τὴν τρίτην, δευτέρως δὲ τὴν τετάρτην καὶ τὴν πέμπτην καὶ τὰς ἐφεξῆς. εἰ δὲ ἀκριβέστερον ἔτι διαιρεῖσθαι βού-[32]λοιο, πρὸς γὰρ τὴν τῶν πραγμάτων ἀκρίβειαν οὕτω χρησιμώτερον, ἑκάστη τῶν ψηφίδων πρώτως μὲν κινεῖ τὴν ἐφεξῆς, δευτέρως δὲ τὴν μετ᾽ ἐκείνην, καὶ τρίτως τὴν ἔτι μετ᾽ ἐκείνην, καὶ τετάρτως τὴν ἐφεξῆς αὐτῇ. τούτων οὕτως ἐχόντων καὶ διωρισμένων, ἐπειδὴ τὸ νόσημα διάθεσίς τις ἦν παρὰ φύσιν τὴν ἐνέργειαν βλάπτουσα, τῆς νόσου δ᾽ αὐτῆς ἐνδέχεταί τινα προηγεῖσθαι διάθεσιν ἑτέραν, παρὰ φύσιν μὲν καὶ ταύτην, οὐ μὴν κατά γε τὸν ἑαυτῆς λόγον βλάπτουσαν τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ διὰ μέσου τοῦ νοσήματος, τὴν τοιαύτην διάθεσιν οὐ νόσημα καλέσομεν, ἀλλ᾽ αἰτίαν προηγουμένην νοσήματος, ἀκριβῶς τε τὸν νοῦν ἐνταῦθα προσέξομεν τοῖς κἀκείνην τὴν διάθεσιν αἰτίαν εἶναι φάσκουσι τοῦ βλάπτεσθαι τὴν ἐνέργειαν. οὐδὲ γὰρ καθ᾽ ἑαυτὴν, οὐδὲ πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός τε καὶ δευτέρως ἐμποδίζεσθαί τε καὶ βλάπτεσθαι δι᾽ αὐτὴν ἐροῦμεν τὴν ἐνέργειαν, ὑπὸ δὲ τοῦ νοσήματος αὐτοῦ πρώτως τε καὶ κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον. ὅθεν κἂν τῷ λέγειν διάθεσιν σώματος ἐμποδιστικὴν ἐνεργείας εἶναι

tium, fecundo vero quartum et quintum et ordine fubfequentes. Quod fi accuratius adhuc diftinguere volueris (id enim ad exquifitiorem rerum notitiam fic utilius videtur) quisque calculus fibi contiguum primo movet, fecundo proximo vicinum, tertio praeterea vicino finitimum, quarto denique finitimo fuccedentes. His ita fe habentibus ac definitis, quum morbus affectus quidam fit praeter naturam actionem laedens; morbum autem ipfum praecedere poffit affectus alter, qui etiam praeter naturam fit, non tamen qui fui ipfius ratione laedat, fed morbo interveniente, talem affectum non morbum, fed caufam quae morbum praecedit, vocabimus. Atque hic accurate mens adhibenda eft, illum quoque affectum caufam effe proferentibus, quod actionem laedat. Neque enim per fe, neque primo, fed per accidens, et fecundo interturbari, laedique per eum actionem dicemus; a morbo vero et primo et fui ipfius ratione. Unde quum dicimus morbum effe corporis affectum, qui actionem

Ed. Chart. VII. [32.] Ed. Baf. III. (213.)

τὸ νόσημα τοῖς μὲν εὐθὺς ὑπακούουσιν, ὅτι πρώτως τε καὶ καθ' ἑαυτὴν, αὐτάρκης ὁ λόγος· ὅσοι δ' ἂν ἤτοι σκαιότερον, ἢ ἐριστικώτερον ἀκούωσι, προσθετέον αὐτοῖς καὶ τὸ πρώτως, ἵν' ᾖ τοιοῦτος ὁ λόγος· νόσημά ἐστι διάθεσις σώματος ἐνεργείας τινὸς ἐμποδιστικὴ πρώτως. ὅσαι τοίνυν αὐτῆς προηγοῦνται διαθέσεις, οὔπω νοσήματα. κἂν εἰ συμπίπτοιεν δέ τινες αὐταῖς ἕτεραι διαθέσεις οἷον σκιαί τινες παρακολουθοῦσαι, καὶ ταύτας οὐ νοσήματα καλέσομεν, ἀλλὰ συμπτώματα. καὶ ἡμῖν οὕτως οὐ πᾶν ὅ τι περ ἂν ᾖ παρὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι, νόσημα εὐθὺς ἔσται κλητέον, ἀλλὰ τὸ πρώτως μὲν βλάπτον τὴν ἐνέργειαν, νόσημα, τὸ δὲ τούτου προηγούμενον, αἴτιον μὲν νοσήματος, οὔπω δὲ νόσημα. εἰ δ' ἕποιτό τις ἄλλη τῷ νοσήματι περὶ τὸ σῶμα διάθεσις, αὕτη σύμπτωμα ὀνομασθήσεται. καὶ μὴν καὶ ἡ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς βλάβη σύμπτωμά ἐστι τοῦ ζώου. πᾶν γὰρ ὅ τι περ ἂν παρὰ φύσιν συμβαίνῃ τῷ ζώῳ, σύμπτωμά ἐστι. παρὰ μὲν δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἡ τῶν ὀνομάτων χρῆσις οὕτως ἔχει. μετατιθέναι δ' ἔξεστι τῷ βουλομένῳ, μενόντων, ὥσπερ εἴρηται, τῶν

interturbat, ftatim fubaudientibus, *ipfum* et primo et per fe *interturbare*, fatisfacit oratio; verum vel rudius, vel contentiofius inaudientibus adjiciendum in oratione eft, primo, quo talis fit definitio: morbus eft affectus corporis actionem aliquam interturbans primo. Quicunque igitur affectus hunc praecedunt, nequaquam morbi funt. Quod fi alii quidam affectus cum his inciderint velut ipforum umbrae comites, nec hos quidem morbos vocabimus, fed fymptomata. Ita etiam non ftatim quicquid fuerit in corpore praeter naturam, id morbus a nobis vocabitur, fed quod primo actionem laedit, morbus; quod hunc praecedit, morbi caufa, nondum autem morbus. Quod fi quis alius affectus in corpore morbum fequatur, is fymptoma duntaxat nominabitur; quamvis etiam actionis ipfius laefio fymptoma fit animantis. Quicquid enim animali praeter naturam accidit, fymptoma eft. Ac nominum quidem ufus apud Graecos ita fe habet, quae tamen mutare, dummodo res ipfae (ut praedictum eft) permaneant, cuique volenti licebit;

πραγμάτων, οἷον εὐθὺς εἰ μὴ βούλοιτο σύμπτωμα καλεῖν, ἀλλ' ἐπιγέννημα. σύμπτωμα μὲν γὰρ εἶναι πᾶν ὅπερ ἂν συμβεβήκῃ τῷ ζώῳ παρὰ φύσιν, ἐπιγέννημα δὲ οὐ πᾶν, ἀλλὰ τὸ μόνοις τοῖς νοσήμασιν ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον. ἀλλ' ἡμεῖς γ', ὡς ἔφην, ἅπασαν μὲν ἀλλοίωσιν ἔτι γινομένην πάθος εἶναι, ἅπαντα δὲ τὰ παρὰ φύσιν ὑπάρχοντα τοῖς σώμασιν ὀνομάσομεν συμπτώματα. καὶ συμβήσεται ταυτὸν ἐνίοτε πρᾶγμα καὶ πάθος ὀνομάζεσθαι καὶ σύμπτωμα, τῶν σημαινομένων ἑκατέρων ὑπαρχόντων αὐτῷ κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον λόγον. οἷον αὐτίκα τὸ τρέμειν πάσχειν ἐστὶν, ὅτι καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ κινεῖσθαι μὴ κατὰ τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν συμβαίνει, καὶ πάθημά τε καὶ πάθος ὁ τρόμος, ὅτι καὶ ἀλλοίωσις ἡ τοιαύτη κίνησις· ἀλλὰ καὶ σύμπτωμα· παρὰ φύσιν γὰρ ἡ κίνησις. εἰ δέ γε ἀλλοίωσις ᾖ μόνον, ὥσπερ ἐν τῷ βλέπειν τε καὶ ἀκούειν καὶ ὀσφραίνεσθαι καὶ γεύεσθαι καὶ ἅπτεσθαι γίνοιτο, πάθος ἂν ὀνομαζέσθω μόνον, οὐκέτι δὲ σύμπτωμα. τὸ γάρ τοι τοῦ συμπτώματος ἴδιον αὐτὸ τοῦτ' ἐστι, τὸ παρὰ φύσιν. ὅθεν κἂν ταῖς διαφοραῖς ἁπάσαις τοῦ

verbi gratia, si quis noluerit symptoma vocare, sed epigennema, i.e. *succedens vel obortum;* symptoma vero esse dicitur, quicquid praeter naturam animali accidit; epigennema vero non omne, sed quod solos morbos necessario sequitur. Nos vero (ut dictum est) omnem alterationem, quae adhuc fit, passionem esse diximus; omnia vero quae in corporibus praeter naturam sunt, symptomata nominabimus. Accidetque aliquoties eandem rem et passionem et symptoma nominari, quum utriusque significatum alia atque alia ratione illi insit. Verbi gratia tremere pati est, quod tum alterari, tum moveri non propria functione contingit; tremor et passio et pathema est, quod talis motus alteratio sit; imo etiam *tremor* symptoma est; nam motus est praeter naturam. Quod si alteratio solum esset, qualis in videndo, audiendo, odorando, gustando, tangendoque fit, passio tantum nominaretur, nequaquam vero symptoma; symptomatis enim id ipsum proprium est, *ut sit* praeter naturam. Unde et in differentiis omnibus, quae ab eo qui secundum

Ed. Chart. VII. [32. 33.] Ed. Baf. III. (215.)

κατὰ φύσιν ἐξαλλαττομέναις συνίσταται. καὶ γὰρ σχημάτων τῶν κατὰ φύσιν, καὶ χρωμάτων, καὶ μεγεθῶν, ἐνεργημάτων τε καὶ παθημάτων διαφθειρομένων γίνεται. καὶ οὗτός ἐστιν ἰδιαίτατος αὐτοῦ λόγος, ἐξάλλαξις τοῦ κατὰ φύσιν. τί δέ; οὐχὶ καὶ ἡ νόσος ἐξάλλαξις τοῦ κατὰ φύσιν; [33] ἢ οὐχ ἁπλῶς ἐξάλλαξις, ἀλλ᾽ ἐξάλλαξίς τις, ἁπλῶς δὲ ἐξάλλαξις τὸ σύμπτωμα; τοῦ γὰρ ἐν ταῖς διαθέσεσι κατὰ φύσιν ἐξαλλαττομένου καὶ βλάπτοντος τὴν ἐνέργειαν ἡ νόσος γίνεται, καὶ δυοῖν τούτοιν ἐξ ἀνάγκης ἐδεῖτο πρὸς τὸ νόσος ὑπάρχειν, ἐν γένει μὲν εἶναι τῆς διαθέσεως, βλάπτειν δὲ τὴν ἐνέργειαν, ὧν οὐδέτερον ἀνάγκη παρεῖναι τῷ συμπτώματι. καὶ γὰρ εἰ μὴ διάθεσις εἴη, καὶ εἰ μὴ βλάπτοι γέ τινα ἐνέργειαν, ἀλλὰ αὐτῷ γε μόνῳ τῷ παρὰ φύσιν ἱκανῶς ὁρισθήσεται. νοσήματος μὲν δὴ ταύτῃ διήνεγκε, παθήματος δὲ τῷ τὸ μὲν ἐν κινήσει πάντως εἶναι τὸ πάθημα καὶ κατὰ φύσιν ἐνίοτε, τὸ σύμπτωμα δὲ οὐκ ἐν κινήσει μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ἕξιν τινὰ, καὶ πάντως παρὰ φύσιν. ἔσται δὴ πάθος μὲν ἡ περὶ τὴν ὕλην ἀλλοίωσις ἢ κίνησις ἔτι γινομένη, ἡ δ᾽ ὑπομένουσα,

naturam eſt ſtatu immutantur, conſiſtit: nam et in figuris naturalibus, et coloribus, et magnitudinibus, et actionibus, et paſſionibus, ubi corrumpuntur, exiſtit. Eſtque haec ejus maxime propria ratio, mutatio a naturali *ſtatu*. Quid igitur? num et morbus mutatio naturalis eſt ſtatus? an non abſolute mutatio, ſed mutatio quaedam; ſymptoma vero abſolute mutatio eſt? Nam quum in affectibus naturalis ſtatus mutatur, actionemque laedit, morbus gignitur; duoque haec, ut morbus ſit, omnino deſiderantur, in genere affectus eſſe, et functionem laedere, quorum neutrum ſymptomati adeſſe neceſſarium eſt; etenim licet neque affectus ſit, nec actionem aliquam laedat, tamen eo ſolo, quod praeter naturam ſit, abunde definietur. Atque a morbo quidem hac ratione differt; a paſſione vero, quod haec paſſio omnino ſit in motu, interdum et ſecundum naturam. Symptoma non ſolum in motu, ſed etiam in habitu quodam, et omnino praeter naturam. Erit igitur paſſio, alteratio vel circa materiam motus, qui adhuc fit, affectus vero qui

διάθεσις, σύμπτωμα δὲ, πᾶν ὅ τι περ ἂν συμπίπτῃ τῷ ζώῳ παρὰ φύσιν. ὥστε καὶ ἡ νόσος ὑπὸ τὴν τοῦ γενικοῦ συμπτώματος ἀναχθήσεται προσηγορίαν. ἔστι γάρ πως καὶ αὐτὴ σύμπτωμα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ προηγούμενα τῶν νόσων αἴτια τὰ κατ᾽ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ζώου συνιστάμενα τῇ τοῦ γενικοῦ συμπτώματος ὑποπέπτωκεν ἐννοίᾳ.

Κεφ. β΄. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἤδη λέλεκται, περὶ δὲ τῶν εἰδικῶν συμπτωμάτων ἐν τῷδε γράμματι πρόκειται διελθεῖν. ἔστι δὲ καὶ τούτων τριττὴ διαφορά· τὰ μὲν γὰρ διαθέσεις εἰσὶν αὐτοῦ τοῦ σώματος ἡμῶν· τὰ δὲ ἐνεργειῶν βλάβαι· τὰ δὲ ἀμφοτέραις ἑπόμενα, κατά τε τὴν ἀμετρίαν τῶν ἐκκρινομένων καὶ ἐπεχομένων καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τῷ ζώῳ συνισταμένους ψόφους, καὶ προσέτι τὰς ἄλλας ἁπάσας αἰσθητὰς διαφοράς. βλάβη δ᾽ ἀκουέσθω νῦν καὶ ἡ στέρησις. οὐ γὰρ ἡ δυσκινησία μόνον, οὐδὲ ἡ δυσαισθησία, βλάβαι τινὲς τῶν ἐνεργειῶν εἰσιν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀκινησία τε καὶ ἡ ἀναισθησία· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδ᾽ ἡ δυσπεψία μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀπεψία. ταυτὶ μὲν οὖν τὰ γένη τῶν

poft manet, fymptoma autem, quicquid animali praeter naturam acciderit. Quare morbus quoque fub generalem fymptomatis appellationem reducetur; eft enim is quoque quodam modo fymptoma. Quin etiam quae et antecedentes in corpore animalis caufae conftituuntur, generali fymptomatis notioni fubjiciuntur.

Cap. II. Atque de iis quidem jam dictum eft, de fpecialibus vero fymptomatis hoc in libro differere propofitum eft. Eft autem horum triplex differentia. Alia namque ipfius corporis noftri funt affectus; alia functionum laefiones; alia haec ambo comitantia; tum in excretorum et retentorum ametria; tum in iis qui in ipfo animali excitantur ftrepitibus; tum etiam in reliquis fenfibilibus differentiis omnibus. Laefio vero nunc et privatio dicta audiatur. Non enim folum movendi, neque fentiendi difficultas laefiones quaedam actionum funt, fed etiam immobilitas et infenfibilitas. Ad eundem modum non dyfpepfia folum, fed etiam apepfia feu *cruditas*. Atque haec quidem genera

Ed. Chart. VII. [33.] Ed. Baſ. III. (213. 214.)
συμπτωμάτων, ἐν οἷς χρὴ σκοπεῖσθαι τὰς κατὰ μέρος διαφοράς· ἑξῆς δ᾽ ἂν εἴη προσῆκον ἕκαστον διελθεῖν τῷ λόγῳ, πρότερόν γε ἀναμνήσαντας, ὃ κἀν τῷ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς εἴπομεν, ὡς ὅσοι τὴν ὑγείαν οὐ διάθεσιν σώματος, ἀφ᾽ ἧς ἐνεργοῦμεν, ἀλλ᾽ αὐτὰς ἐνόμισαν εἶναι τὰς ἐνεργείας, ἣν ἡμεῖς νῦν ὑπὲρ τῆς τῶν ἐνεργειῶν βλάβης διδασκαλίαν ἐν τοῖς συμπτώμασι διέξιμεν, αὐτοὶ τῶν νοσημάτων ποιήσονται, καὶ διενεχθήσονται δηλονό(214)τι περὶ τῶν ὀνομάτων ἡμῖν μόνον, εἰ μηδὲν ἐν αὐτοῖς σφάλλοιντο τοῖς πράγμασιν. ἔστι δὲ, ὡς πολλάκις εἴρηται, τῶν τοιούτων ἁπασῶν διδασκαλιῶν τὰ σφάλματα παραλειπομένης τινὸς διαφορᾶς. ἐὰν οὖν ἁπάσας αὐτὰς διεξιόντες μὴ συμπτωμάτων, ἀλλὰ νοσημάτων εἶναι φάσκωσιν, ἐν ὀνόματι μόνῳ καὶ οὐκ ἐν πράγματι διαφωνήσουσιν ἡμῖν. λεκτέον οὖν ἤδη τὰς διαφορὰς ἐπ᾽ ἀρχὴν ἀναγαγόντας τὸν λόγον, ἐπειδὴ τὸ σύμπτωμα προσαγορεύεται γενικῶς μὲν ἅπαν ὅ τι περ ἂν συμβεβήκῃ τῷ ζώῳ παρὰ φύσιν, ὡς καὶ τὰ νοσήματα, καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν τὰς ἐν τῷ σώματι συνισταμένας· οὐ γὰρ δὴ

ſymptomatum ſunt, quorum differentiae particulares conſiderandae ſunt. At ſingula perſequi ſermone deinceps conveniet; illo prius admonito, quod in libro de morborum differentiis diximus, *nempe* qui ſanitatem non eſſe affectum corporis, qua actionem edimus, ſed ipſas actiones ſanitatem eſſe putarunt, quam nos nunc doctrinam ſymptomatum de actionum laeſione tradimus, hanc ipſi morborum doctrinam facturi ſunt, et a nobis nimirum, ſi nihil in ipſis rebus erraverint, de ſolis nominibus diſſenſuri. Oriuntur autem (ut ſaepe dictum eſt) hujuscemodi doctrinarum errores ex aliqua, quae omittitur, differentia. Itaque ſi differentias omnes percenſeant, et eas non ſymptomatum, ſed morborum eſſe dicant, in nomine ſolo, non in re, a nobis diſſentient. Ergo dicendae differentiae nobis jam ſunt, oratione ad principium revocata, quoniam ſymptoma generatim quidem appellatur quicquid animali praeter naturam contigit; ita ut tum morbi ipſi, tum morborum cauſae, quae intra

ιάς γε προκαταρκτικὰς εἶναι συμπτώματα. καθ' ἑτέραν δέ τινα καὶ οἷον ἰδιωτέραν ἔννοιαν, ἀφαιρεθέντων τῶν τε νοσημάτων καὶ τῶν αἰτίων, τὰ λοιπὰ πάντα τὰ παρὰ φύσιν ὀνομάζεται συμπτώματα. καὶ νῦν ἡμῖν ὑπὲρ τούτων πρόκειται λέγειν.

Κεφ. γ'. [34] Ἀναμνησθέντας οὖν πρῶτον χρὴ τὸ τριττὸν τῆς φύσεως αὐτῶν οὕτω τέμνειν ἐφεξῆς ἅπαντα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς βλάβης τῶν ἐνεργειῶν ποιησαμένους. τμητέον δὴ ταύτην εἰς δύο τὰ πρῶτα γένη, διότι καὶ τῶν ἐνεργειῶν αὐτῶν δύο εἰσὶν αἱ πρῶται διαφοραί. αἱ μὲν γὰρ ψυχῆς, αἱ δὲ φύσεώς εἰσι. καὶ καλοῦνται διὰ τοῦτο ψυχικαὶ μὲν αἱ πρότεραι, φυσικαὶ δὲ αἱ δεύτεραι. αὖθις οὖν τὰς ψυχικὰς προτέρας τέμνοντες εἴς τε τὰς αἰσθητικὰς καὶ τὰς κινητικὰς καὶ τρίτας τὰς ἡγεμονικὰς, (οὐδὲν γὰρ χεῖρον οὕτως αὐτὰς ὀνομάσαι διδασκαλίας σαφοῦς ἕνεκα) καὶ πάλιν ἑκάστην τῶν εἰρημένων διαιροῦμεν εἰς τὰς ἐν αὐτῇ διαφοράς. ἡ μὲν οὖν αἰσθητικὴ τῆς ψυχῆς ἐνέργεια πέντε τὰς πάσας ἔχει διαφο-

corpus consistunt, (non enim evidentes) symptomata sint. Altera vero significatione ac veluti magis propria, detractis tum morbis, tum eorum causis, reliqua omnia, quae praeter naturam sunt, symptomata nominantur. Atque nunc de his loqui nobis est propositum.

Cap. III. Primum ergo memores esse oportet triplicis eorum *symptomatum* naturae, ac sic deinceps omnia dividere, ab actionum laesione ducto exordio. Haec autem secanda est in duo prima genera, quod et actionum ipsarum duae sint primae differentiae; aliae enim animae, aliae naturae sunt; proindeque priores quidem animales, posteriores vero naturales vocantur. Rursus igitur animales priores dividimus in sensitrices, motrices, et tertias principes (nihil enim deterius fuerit ita dilucidae doctrinae gratia eas nominasse) et iterum earum, quae dictae sunt, quamque in suas differentias distinguimus. Sensitricis igitur animae functio quinque omnino habet *functionum* differentias, vi-

ρὰς, ὁρατὰς, καὶ ὀσφρητὰς, καὶ γευστὰς, καὶ ἀκουστὰς, καὶ ἁπτάς· ἡ δὲ κινητικὴ τὸ μὲν προσεχὲς ὄργανον ἓν ἔχει καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ τῆς κινήσεως ἕνα, (δέδεικται γὰρ οὕτως ἐν τοῖς περὶ μυῶν κινήσεως) ποικίλλεται δὲ ἐν τοῖς κατὰ μέρος ὀργάνοις, ὡς φαίνεσθαι πολυειδής. ἡ λοιπὴ δὲ ἐνέργεια τῆς ψυχῆς ἡ κατ᾽ αὐτὸ τὸ ἡγεμονικὸν εἴς τε τὸ φανταστικὸν καὶ διανοητικὸν καὶ μνημονευτικὸν διαιρεῖται. καὶ τοίνυν αἱ βλάβαι τῶν αἰσθητικῶν ἐνεργειῶν κοιναὶ μὲν ἁπασῶν ἀναισθησίαι τινές εἰσιν, ἢ δυσαισθησίαι, (καλῶ δὲ δυσαισθησίας μὲν ἁπάσας τὰς μοχθηρὰς αἰσθήσεις) κατὰ μέρος δὲ ἑκάστης ἐν ὀφθαλμοῖς μὲν τυφλότητές τε καὶ ἀμβλυωπίαι καὶ παροράσεις τινές· ἐν ὠσὶ δὲ κωφότητές τε καὶ βαρυηκοΐαι καὶ παρακούσεις τινές. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν γλῶτταν καὶ τὰς ῥῖνας καὶ τὴν ἁφὴν, εἰ καὶ μηδὲν ἴδιον ὄνομα κέκτηνται, ταῖς εἰρημέναις ἀνάλογον ἔχουσιν. ἢ γὰρ οὐδ᾽ ὅλως αἰσθήσονται τῶν οἰκείων αἰσθητῶν, ἢ κακῶς. καὶ τὸ κακῶς τοῦτο διττὸν ἔσται, θάτερον μὲν ἀμυδρῶς, θάτερον δὲ παρατυπωτικῶς. ἴδιον δὲ ἐξαίρετον ἡ κατὰ τὴν ἁφὴν

dendi, odorandi, guſtandi, audiendi, et tangendi. Motrix vero proximum inſtrumentum unum habet, modumque ipſius motionis unum: (demonſtratum enim ita eſt in libris de muſculorum motu) variatur autem in particularibus inſtrumentis, ita ut varias habere ſpecies videatur. Reliqua vero animae functio, quae a principe facultate procedit, in imaginatricem, ratiocinatricem et recordatricem dividitur. Ergo etiam laeſiones functionum ſentiendi communes quidem omnibus ſunt; inſenſibilitas quaedam vel ſentiendi difficultas, (voco autem ſentiendi difficultatem ſenſum vitioſum omnem) particulares vero in unoquoque *ſunt ſenſu,* in oculis quidem caecitas et viſus obſcuritas et depravata viſio quaedam. In auribus, ſurditas et auditus gravitas et obauditio quaedam. Sic in lingua, naſo et tactu, etſi propria nomina ſortita non ſunt, tamen reſpondentia praedictis ad proportionem habentur; aut enim propria ſenſibilia prorſus non ſentiunt, aut male; eritque illud male duplex, alterum diminute, alterum depravate. Tactus autem proprium

ἐνέργεια παρὰ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις κέκτηται σύμπτωμα τὴν ὀδύνην, ἐγγινομένην μὲν καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσιν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν οἰκείων αἰσθητῶν· ἐπὶ δέ γε ταύτης οὐκ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι διαθέσεων; καὶ πολλάκις γε οὕτως ἰσχυρῶς, ὥστ᾽ ἀποκτεῖναί τινας σφᾶς αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πόνου βιασθέντας. ἐγγίνεται μὲν οὖν καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὀδυνηρόν τι πάθος ὑπὸ φωτὸς λαμπροῦ, καὶ τοῖς ὠσὶν ὑπὸ μεγάλου τινὸς ἢ τραχέος ψόφου. καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰς γεύσεις καὶ τὰς ὀσμὰς ἕτερα τοιαῦτα παθήματα συνίσταται λυπηρὰ, πρὸς τῶν ἰδίων αἰσθητῶν ἑκάστης τῶν αἰσθήσεων ὀδυνηρῶς διατιθεμένης. μέγισται δὲ ὀδύναι συμπίπτουσι τῇ τῆς ἀφῆς αἰσθήσει. καὶ γὰρ ὅσα διὰ φλεγμονὴν ὤτων, ἤ τινα ἄλλην ἐν αὐτοῖς διάθεσιν ἀλγοῦμεν ἰσχυρῶς, οὐ τῆς ἀκουστικῆς ἐστιν, ἀλλὰ τῆς ἁπτικῆς αἰσθήσεως ἴδια. κοινὴ γὰρ αὕτη πάντων αἰσθανομένων ὀργάνων, αἱ δ᾽ ἄλλαι τέτταρες ἑκάστου κατὰ μόνας. οὕτω δὲ κἀν τοῖς ὀφθαλμοῖς πολλάκις ὀδύναι γίγνονται σφοδραὶ, τῆς ἐν αὐτοῖς ἁπτικῆς αἰσθήσεως ἀνιωμένης. ὥσπερ δὲ καὶ κατὰ τοὺς ὀδόντας ἐστὶ καὶ τὸ

et insigne praeter caeteros sensus in actione sua symptoma obtinet, dolorem; qui quidem etiam caeteris sensibus ab externis propriis sensibilibus incidit; huic vero non solum ab externis, sed etiam multo magis ab affectibus, qui intra corpus consistunt, isque plerumque tam vehemens, ut nonnulli cruciatu victi sibi ipsis mortem consciscant. Invadit quidem et oculos ob lucis splendorem molestus quidam *doloris* affectus; aures quoque ob magnum aliquem et asperum strepitum; in gustu quoque et odoratu alii ejusmodi molesti affectus oboriuntur a proprio sensili unoquoque sensu dolenter affecto. Maximi vero dolores tactus sensui accidunt. Etenim qui dolores ob aurium phlegmonem, aliumve quempiam affectum vehementer nos angunt, ii proprii auditus *dolores* non sunt, sed tactus; communis enim is est omnium sensuum organis, reliqui quatuor cujusque seorsum. Ita ita oculis saepe vehementes dolores excitantur sensu.

κώλον ἀλγήματα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ κνηστιᾷν ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστὶ τῶν συμπτωμάτων. μὴ τοίνυν ἔτι ζήτει καθ' ἕκαστον μόριον ἴδιον ὄνομα τοιοῦτον, οἷον κεφαλαλγίας τε καὶ καρδιαλγίας καὶ ὠταλγίας· οὐ γὰρ εὑρήσεις κείμενον· ἀλλ' ἀρκεῖ λόγῳ πάνθ' ἑρμηνεύειν τὰ τοιαῦτα, κύστεως ἀλγήματα λέγοντα, αὐτὰρ καὶ νεφρῶν καὶ σπληνὸς καὶ γονάτων καὶ ποδὸς [35] καὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως. τοιαῦτα μὲν δὴ καὶ τοσαῦτα τῶν αἰσθητικῶν ἐνεργειῶν τὰ συμπτώματα. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι δύο ἐξαίρετα, τὸ μὲν ἀγρυπνία, τὸ δὲ κῶμα, κατ' αὐτὸ τὸ πρῶτον αἰσθητικὸν, ὃ δὴ καὶ κοινὸν ἁπασῶν ἐστι τῶν αἰσθήσεων, συνιστάμενα. τῶν δ' αὖ κινητικῶν ἐνεργειῶν ἀκινησία μὲν καὶ δυσκινησία τὰ πρῶτα συμπτώματα. δυσκινησίας δὲ τὸ μὲν ἀμυδρὰ καὶ ἄῤῥωστος κίνησις, τὸ δὲ μοχθηρά· καὶ τῆς μοχθηρᾶς ἡ μὲν τρομώδης, ἡ δὲ σπασμώδης, ἡ δὲ παλμώδης, ἡ δὲ κλονώδης. ἔνια δὲ τῶν εἰρημένων συμπτωμάτων, ἐπειδὰν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι γένηται, διαφόρου τυγχάνει προσηγορίας, ὡς ἐμπροσθότονός τε καὶ ὀπισθότονος καὶ τέτανος. εἰ δὲ μὴ μόνον σπασμὸς

tactus in his laborante; sic etiam et dentium et coli dolores; quin pruritus quoque ex hoc genere symptomatum est. Ne igitur etiamnum in unaquaque parte proprium nomen quaeras, quale est cephalalgia, et cordolium, et aurium dolor; non enim invenies impositum; sed oratione ejusmodi omnia interpretari satis fuerit, dicendo vesicae et renum et lienis, item genuum et pedis caeterarumque similiter partium dolores. Atque talia quidem et tot numero functionum sentiendi sunt symptomata. Ad haec etiam duo eximia pervigilium et sopor in primo omnium sensu, qui omnibus sensibus est communis, consistunt. At functionum motum edentium prima symptomata sunt immobilitas et movendi difficultas. Sed difficultatis movendi alius diminutus infirmusque motus est, alius depravatus; depravati autem alius tremulus, alius convulsivus, alius palpitans, alius concussivus. Dictorum symptomatum quaedam quum in toto corpore fiunt, diversas appellationes sortiuntur, ut emprosthotonos, opisthotonos et tetanos. Quod si totius corporis

εἴη τοῦ παντὸς σώματος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡγεμονικῶν ἐνεργειῶν ἐπίσχεσις, ἐπιληψία τὸ τοιοῦτον προσαγορεύεται, καθάπερ γε καὶ ἀποπληξία ἡ παντὸς τοῦ σώματος παράλυσις ἅμα ταῖς ἡγεμονικαῖς ἐνεργείαις. αὗται μὲν αἱ τῶν κινητικῶν ἐνεργειῶν βλάβαι· εἰ δέ τις ἴδιον ἐξαίρετον ὄνομα οὐ κέκτηται, οὐ χρὴ τούτου χάριν ἐξαπατηθέντας οἰηθῆναι παραλελεῖφθαί τι σύμπτωμα, καθάπερ οὐδὲ τὴν ἄπνοιάν τε καὶ δύσπνοιαν, ἢ τὴν ἰσχουρίαν τε καὶ δυσουρίαν, ἢ τὴν ἀφωνίαν τε καὶ κακοφωνίαν καὶ δυσφωνίαν, ἀλλὰ χρὴ τὰ τοιαῦτα πάντα αὐτὸν τὸν ἰατρὸν ἐξευρίσκειν καθ᾽ ἑκάστην ἐνέργειαν ψυχικήν, ὥσπέρ γε καὶ τὰς καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν διαφοράς, οἷον εἰ τύχοι τῆς δυσπνοίας ἑνὸς οὔσης συμπτώματος ἔργου ψυχικοῦ, τῆς ἀναπνοῆς, αἱ πᾶσαι πόσαι γίνονται διαφοραί, καθάπερ ἐν τῷ περὶ δυσπνοίας ἐδείξαμεν· ἢ τῆς κακοφωνίας αἱ κατὰ μέρος πόσαι διαφοραί, καθάπερ ἐν τοῖς περὶ φωνῆς διῄρηται. πολλαχόθι δὲ καὶ ἀπορήσειεν ἄν τις ἐκ ποίου γένους ἐστὶ τὸ σύμπτωμα, καθάπερ ἐπὶ τοῦ σκορδινᾶσθαι καὶ χασμᾶσθαι καὶ πτάρνυσθαι καὶ βήττειν.

non ſolum convulſio ſit, ſed etiam principum functionum cohibitio, tale *ſymptoma* epilepſia dicitur; quemadmodum et apoplexia quae totius eſt corporis reſolutio una cum principibus functionibus *laeſis*. Atque hae quidem actionum motum edentium ſunt laeſiones; *quarum* ſi qua proprium et inſigne nomen inditum non habeat, non decet propterea ullos deceptos aeſtimare aliquod ſymptoma a nobis praetermiſſum eſſe, ut neque apnoean et dyſpnoean, vel iſchurian et dyſurian, vel aphonian et cacophoniam et dyſphonian. Sed ipſi medico ejusmodi omnia in ſingulis animalibus functionibus ſunt exploranda, ut et in cujusque eorum differentiis; veluti ſi ſors ita tulerit, quum dyſpnoea unum ſit animalis functionis *nempe* reſpirationis ſymptoma, quot ſint in univerſum ejus differentiae, (quemadmodum in libris de dyſpnoea demonſtravimus) aut cacophoniae quot particulares habeantur differentiae, ut in libello de voce diſſeruimus. At paſſim dubitaverit quispiam, cujus generis ſymptoma ſit, ut pandiculatio, oſcitatio, ſternutatio, tuſſis.

Ed. Chart. VII. [35.] Ed. Baf. III. (214. 215.)

ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐπὶ πλέον ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ τῷ περὶ τῶν ἐν τοῖς συμπτώμασιν αἰτιῶν εἰρήσεται. ἐφεξῆς δ᾽ ἂν εἴη τὰς τῶν ἡγεμονικῶν ἐνεργειῶν βλάβας διελθεῖν, καὶ πρώτης γε τῆς φανταστικῆς. ἔστι δὲ καὶ ταύτης τὸ μὲν οἷον παράλυσίς τις, ὃ δὴ κάρος καὶ κατάληψις ὀνομάζεται, τὸ δὲ οἷον μοχθηρά τις ἢ πλημμελὴς κίνησις, ὅπερ δὴ παραφροσύνη καλεῖται, τὸ δὲ οἷον ἐλλιπὴς καὶ ἄτονος, ὡς ἐν κώμασί τε καὶ ληθάργοις. καὶ μέν γε καὶ αὐτῆς τῆς διανοητικῆς ἐνεργείας ἡ μὲν οἷον παράλυσις, ἄνοια, ἡ δ᾽ οἷον ἐλλιπὴς κίνησις, μωρία τε καὶ μώρωσις, ἡ δ᾽ οἷον πλημμελὴς, παραφροσύνη καλεῖται. τὰ πολλὰ μὲν γὰρ ἐπ᾽ ἀμφοῖν ἅμα συνίσταται τὸ παραφρονεῖν, ἔν τε τῷ μὴ καλῶς φαντασιοῦσθαι κἀν τῷ μὴ δεόντως λογίζεσθαι, (215) ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ κατὰ τὸ ἕτερον αὐτῶν μόνον, ὥσπερ γε καὶ Θεοφίλῳ τῷ ἰατρῷ νοσοῦντι τὰ μὲν ἄλλα σωφρόνως ὑπῆρχε διαλέγεσθαί τε καὶ γνωρίζειν ἀκριβῶς τοὺς παρόντας, αὐλητὰς δέ τινας κατειληφέναι τὴν γωνίαν τοῦ οἰκήματος ἐν ᾧ κατέκειτο, καὶ διαπαντὸς αὐλεῖν τε ἅμα καὶ κτυπεῖν ἐνόμιζε

Verum de ejusmodi omnibus proximo libro de fymptomatum caufis fulius differetur. Deinceps autem licuerit principum functionum laefiones profequi, ac primum imaginatricis. Eft autem hujus laefio quoque alia veluti paralyfis quaedam, quae caros et catalepfis nominatur; alia veluti pravus quidam erransque motus, qui delirium vocatur; alia veluti deficiens et imbecillus *motus,* ut in comate et lethargo. Quin etiam ratiocinatricis functionis, quae veluti paralyfis eft, amentia; quae veluti deficiens motio eft, et ftultitia et fatuitas; quae vero veluti aberrans eft, delirium appellatur. Nam plerumque in utrisque fimul delirium confiftit, tum in prava imaginatione, tum in inepta ratiocinatione; eft autem interdum in earum altera duntaxat: quemadmodum et Theophilo medico aegrotanti contigit in caeteris quidem prudenter et differere et praefentes exacte nofcere, fed tibicines quosdam angulum domus, ubi decumbebat, occupaffe affidueque tibia modulari ac fonos edere putabat; at-

Ed. Chart. VII. [35. 36.] Ed. Baf. III. (215.)

καὶ τούτους βλέπειν ᾤετο, τοὺς μὲν ἑστῶτας αὐτόθι, τοὺς δὲ καθημένους, οὕτω διηνεκῶς αὐλοῦντας, ὡς μήτε νύκτωρ ἀνιέναι τι, μήτε δι᾽ ὅλης ἡμέρας ἡσυχάζειν μὴ τὸ σμικρότατον· ἐκεκράγει δὲ διὰ παντὸς, ἐκβληθῆναι κελεύων αὐτοὺς τῆς οἰκίας. καὶ τοῦτ᾽ ἦν αὐτῷ τὸ τῆς παραφροσύνης εἶδος. καὶ ὡς ἐῤῥώσθη γε τελέως καὶ ἀπέφυγε τὸ νόσημα, τά τε ἄλλα πάντα τὰ ὑπὸ τῶν εἰσιόντων ἑκάστου ῥηθέντα καὶ πραχθέντα διηγεῖτο καὶ τοῦ περὶ τοὺς αὐλητὰς ἐμέμνητο φαντάσματος. ἐνίοις δὲ φάντασμα μὲν οὐδὲν φαίνεται, λογίζονται δ᾽ οὐκ ὀρθῶς, [36] τοῦ διανοητικοῦ τῆς ψυχῆς αὐτοῖς πεπονθότος· ὥσπερ καὶ τῷ φρενιτικῷ τῷ κλείσαντι μὲν τὰς θύρας ἔνδοθεν, ἕκαστον δὲ τῶν σκευῶν προτείνοντι διὰ τῶν θυρίδων, εἶτα ἐρωτῶντι τοὺς παριόντας, εἰ κελεύοιεν ῥίπτειν. οὗτος γὰρ ἑκάστου μὲν τῶν σκευῶν ἀκριβῶς ἔλεγε τοὔνομα, κἀν τῷδε δῆλος ἦν οὔτ᾽ ἐν τῇ φαντασίᾳ τῇ περὶ αὐτὰ βεβλαμμένος οὔτ᾽ ἐν τῇ τῶν ὀνομάτων μνήμῃ. τί δὴ βούλεται αὐτῷ τὸ πάντα ῥίπτειν ἀφ᾽ ὑψηλοῦ καὶ καταγνύναι; τοῦτ᾽ οὐκέθ᾽ οἷός τ᾽ ἦν συμβαλεῖν, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ δὴ τῷ ἔργῳ τῷδε κατάδηλος ἐγίνετο παραπαίων.

que hos fe intueri arbitrabatur, alios quidem illic ftantes, alios autem fedentes ita continue tibia canentes, ut neque noctu quicquam remitterent, neque omnino interdiu vel minimum tempus quiefcerent; proinde exclamabat, perpetuo jubens eos domo ejici. Atque haec illi erat delirii fpecies. Is poftquam plane convaluit a morboque evafit, tum reliqua omnia quae ingredientium quisque dixiffet feciffetve, narrabat, tum vifa de tibicinibus memorabat. Quibusdam vero nullum vifum apparet, fed hi non recte ratiocinantur, ratiocinatrice animae facultate iis affecta; ut phrenitico contigit, qui occlufis intus januis fingula vafa per feneftras protulit, poftea praetereuntes rogabat, num projicere juberent. Hic enim fingulorum vaforum nomina plane proferebat; qua in re fe manifefte declarabat, neque in imaginatione circa ea laefum effe, nec in nominum memoria. Quid igitur fibi vult ab alto omnia dejicere ac perfringere? hoc intelligere non poterat, fed opere ipfo delirare fe declara-

Ed. Chart. VII. [36.] Ed. Baf. III. (215.)

ὅτι δὲ καὶ περὶ τὸ μνημονευτικὸν τῆς ψυχῆς γίνεται συμπτώματα καὶ νοσοῦσιν ἔτι καὶ ἤδη πεπαυμένοις τῶν νοσημάτων, τοῦτο μὲν καὶ παρὰ Θουκυδίδου μαθεῖν ἔνεστιν ἐνίους τῶν διασωθέντων ἐκ τοῦ λοιμοῦ μέχρι τοσούτου τῶν ἔμπροσθεν ἁπάντων ἐπιλαθέσθαι λέγοντος, ὡς μὴ μόνον τοὺς ἰδίους, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἀγνοῆσαι.

Κεφ. δ΄. Ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ καὶ τὰ περὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικοῦ εἴρηται συμπτώματα, μεταβαίνειν καιρὸς ἤδη ἐπὶ θάτερον γένος τῶν ἐνεργειῶν, ἃς ὀνομάζουσι φυσικάς. ἔσται δὴ κἀνταῦθα καθ᾽ ἑκάστην αὐτῶν ἢ μὴ γινομένην ἢ κακῶς γινομένην συμπτώματα· τούτου μὲν γένους εἰσὶ τῶν συμπτωμάτων κατὰ μὲν δὴ τὴν ὄρεξιν ἀνορεξίαι τε καὶ δυσορεξίαι καὶ ἄμετροι σιτίων ἐπιθυμίαι· κατὰ δ᾽ αὖ τὴν πέψιν ἀπεψίαι τε καὶ βραδυπεψίαι καὶ δυσπεψίαι. καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ τὴν ἀνάδοσιν ὡσαύτως, καὶ περὶ τὴν τοῦ αἵματος γένεσιν, ἢ μὴ γιγνομένην ἢ κακῶς γιγνομένην, συμπτώματα ἔσται. τούτου τοῦ γένους εἰσὶ τῶν συμπτωμάτων καὶ οἱ ὕδεροι. καὶ μέν γε κατὰ τὴν τῆς θρέψεως ἐνέργειαν

bat. Quod autem et circa memoratricem animae facultatem fymptomata eveniant non aegrotantibus modo, fed iis etiam, qui aegrotare defierunt, id didiciffe e Thucydide licet, qui nonnullos e peftilentia fervatos eatenus omnium quae praeceffiffent oblitos prodit, ut non folum fuos familiares, fed etiam fe ipfos ignorarent.

Cap. IV. Sed enim quoniam principis animae facultatis fymptomata explicata funt, jam tempeftivum eft ad alterum functionum genus, quas naturales appellant, transire. Atque harum fingulis, quum vel non eduntur, vel male eduntur, erunt fymptomata. Hujus quidem generis fymptomatum funt in appetitu appetentia tum difficilis in appetentia, tum immoderata ciborum appetentia. Concoctionis funt apepfia, bradypepfia, dyfpepfia. Pari modo in diftributione et fanguinis generatione, quae vel non peragitur, vel prave peragitur, exiftent fymptomata. Hujus generis fymptomatum funt hyderi. Jam in nutritionis actio-

Ed. Chart. VII. [36.] Ed. Baf. III. (215.)

ἀτροφίαι μέν τινες καὶ φθίσεις εἰσὶν αἱ ἀποτυχίαι· λεύκας δὲ καὶ ὀφιάσεις καὶ ἀλωπεκίας καὶ πᾶν ὅσον τι τοιοῦτον εἶδος συμπτώματος αἱ μοχθηραὶ θρέψεις ἀποτελοῦσιν. ἀσφυξίαι δὲ καὶ κακοσφυξίαι περὶ τὴν τῶν σφυγμῶν ἐνέργειαν συμπτώματά εἰσι. καὶ μὲν δὴ καὶ κατὰ τὴν διάκρισιν τῶν περιττωμάτων ἢ μηδ᾽ ὅλως ἢ μὴ καλῶς ἐπιτελουμένην συμπτώματα συνίσταται, τὰ μὲν ἀποροῦντα προσηγορίας οἰκείας, καθάπερ τὰ περὶ τὴν μέλαιναν χολὴν, τὰ δὲ ὠνομασμένα συνήθως, ὥσπερ ὁ ἴκτερος. μέθοδος δὲ κἀνταῦθα τῆς ἁπάντων εὑρέσεως ἡ γνῶσις τῶν φυσικῶν δυνάμεων, ἃς ἐν τῷ περὶ αὐτῶν λόγῳ τέτταρας ἐν ἑκάστῳ τῶν τοῦ σώματος μορίων ἐδείξαμεν ὑπάρχειν, ἑλκτικήν τε καὶ καθεκτικὴν καὶ ἀλλοιωτικὴν καὶ ἀποκριτικήν. ἔσται δὴ καθ᾽ ἑκάστην αὐτῶν διττὸν σύμπτωμα, θάτερον μὲν κακῶς γινομένης τῆς ἐνεργείας, θάτερον δὲ οὐδ᾽ ὅλως γινομένης. ὥστε καθ᾽ ἕκαστον ὄργανον φυσικὸν ὀκτὼ τὰ πάντα ἔσται συμπτώματα. εἴπερ οὖν ἐκ τῆς ἀνατομῆς ἔγνωσται τὸ πλῆθος τῶν τοῦ ζώου μορίων, εὑρεθήσεται ταχέως ἐξ αὐτοῦ τὸ πλῆθός

ne atrophiae quaedam et tabes fruſtrationes *ejus* ſunt. Leucas vero et ophiaſes et alopecias et quicquid ejusmodi ſymptomatum ſpecies *habetur,* vitioſae nutritiones efficiunt. At aſphyxiae et cacoſphyxiae functionis *laeſae* pulſuum ſunt ſymptomata. In excrementorum quoque ſecretione quae vel non omnino, vel non rite peragitur, ſymptomata conſiſtunt, alia nomine proprio vacantia, veluti quae circa atram bilem eveniunt; alia ex conſuetudine nominata, ut regius morbus. Methodus vero hic quoque omnium inventionis eſt naturalium facultatum cognitio, quas in libris de ipſis conſcriptis quatuor eſſe in unaquaque corporis parte indicavimus, attractricem, retentricem, alteratricem et excretricem. Erit igitur in harum unaquaque duplex ſymptoma; alterum quum male fit actio, alterum quum prorſus non fit. Quare in quocunque naturali inſtrumento octo erunt in univerſum ſymptomata. Ergo ſi cui ex anatome innotuerit partium animalis numerus, facile ex ſeſe

Ed. Chart. VII. [36. 37.] Ed. Baf. III. (215.)

τῶν ἁπάντων συμπτωμάτων. ὅσα μὲν γὰρ τῆς φύσεως μόνης ἐστὶν ὄργανα, τοῖς ὀκτὼ συμπτώμασιν ἁλώσεται μόνοις· ὅσα δὲ τῆς ψυχῆς, καὶ τούτοις μὲν, ἐξ ἐπιμέτρου δὲ ἑτέροις δυσί. δέδεικται γὰρ ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὡς καθ' ἑκάστην τῶν ψυχικῶν ἐνεργειῶν διττὸν εἶδος ἔσται συμπτώματος, ἤτοι μηδ' ὅλως αὐτῶν ἢ κακῶς γινομένων. εἴρηται δὲ καὶ ὡς τὸ κακῶς τοῦτο διττόν ἐστι, τὸ μὲν οἷον ἀμυδρῶς, τὸ δὲ ὡς ἄν τις εἴποι πλημμελῶς. ὥστε πάλιν εἰ καὶ μὴ δύο τὰ συμπτώματα [37] καθ' ἑκάστην ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν εἶναι λέγεις, ἀλλὰ τρία πάντα, θάτερον τῶν πρώτων δυοῖν τέμνων δίχα, δώδεκα μὲν ἔσται τὰ πάντα καθ' ἕκαστον ὄργανον φυσικὸν, πεντεκαίδεκα δὲ ἐν τοῖς ψυχικοῖς. ἡ δ' εἰς τὰς πρώτας δύο διαφορὰς τομὴ ὀκτὼ μὲν τὰ τῶν φυσικῶν, δέκα δὲ ἀπεργάζεται τὰ τῶν ψυχικῶν. εἰ δὲ καὶ κατὰ διττὸν εἴη λόγον ὄργανόν τι ψυχικὸν αἰσθητικόν τε ἅμα καὶ κινητικὸν, ὀκτωκαίδεκα μὲν ἔσται τὰ συμπτώματα κατὰ τὴν δευτέραν τομὴν, δώδεκα δὲ κατὰ τὴν προτέραν. ἐφ' ἑνὸς οὖν ἢ

omnium ſymptomatum multitudinem inveniet. Quae enim naturae ſolius ſunt inſtrumenta, octo ſolum ſymptomatis laborabunt; quae vero ſunt animae, *tum iſtis*, tum his amplius aliis duobus. Monſtratum enim paulo ſupra eſt, cujusque animalium actionum duplicem eſſe ſymptomatum ſpeciem, vel quae prorſus non efficiuntur, vel quae male eduntur. Dictum praeterea eſt hoc male duplex eſſe, aliud veluti obſcure debiliterque, aliud ac ſiquis dicat depravate. Ita rurſus ſi non duo in quaque tum actione tum facultate ſymptomata eſſe dicas, ſed omnino tria, alterum *ſcilicet* priorum duorum in duo ſecans, duodecim quidem in quoque naturali inſtrumento erunt ſymptomata, quindecim vero in animalibus *organis*. Porro prior diviſio, quae in duas *facta eſt* differentias, octo quidem naturalium, decem vero animalium actionum efficit. Si quod vero inſtrumentum duplici ratione animale ſit, ut ſentiat ſimul et moveat, huic ex ſecunda diviſione decem et octo ſymptomata incident, ex priore duodecim. Monſtrato igitur,

Ed. Chart. VII. [57.] Ed. Baf. III. (215.)

δευτέρου μορίου δείξαντες τὸ λεγόμενον, ὅπερ ἐπὶ τούτων ἡμεῖς, τοῦτ᾽ ἐπὶ πάντων ἀξιώσομεν ποιῆσαι τὸν βουλόμενον ἐξαριθμήσασθαι τὰ συμπτώματα, μὴ τοῖς ὀνόμασι προσέχοντα τὸν νοῦν, (οὐ γὰρ εὑρήσει πανταχόθι συνήθεις προσηγορίας) ἀλλ᾽ εἰς αὐτὴν ἀποβλέποντα τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν. ἔστω δ᾽ ἡ γαστὴρ ὄργανον τῆς πέψεως ἕλκον μὲν, ὡς ἐδείκνυμεν, εἰς ἑαυτὸ τὴν οἰκείαν τροφὴν, ἀποκρῖνον δὲ πᾶν ὅσον ἀλλότριον· ἀλλὰ καὶ κατέχον τουτὶ τὸ ἑλχθὲν καὶ ἀλλοιοῦν τὸ κατασχεθέν. ὅταν οὖν ἤτοι μηδ᾽ ὅλως ἕλκειν, ἢ κακῶς ἕλκειν αὐτῇ συμβῇ, δύο μὲν ταυτὶ δή μοι νόει περὶ τὴν ἑλκτικὴν δύναμιν τὰ συμπτώματα. τέμνεται δὲ αὖθις διχῇ θάτερον αὐτῶν τὸ μοχθηρῶς, εἰ καὶ μὴ τοῖς ὀνόμασιν ἔχεις ἐνδείξασθαι σαφῶς· οὐ γὰρ κεῖταί τι κατ᾽ αὐτῶν οὐδὲν ὄνομα· λόγῳ γοῦν ὡς οἷόν τε πειρώμενος ἑρμηνεύειν, ὅτι καὶ κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο τὸ μοχθηρῶς, τὸ μὲν οἷον ἀῤῥώστως ἔσται, τὸ δὲ οἷον πλημμελῶς. ἀῤῥώστως μὲν τὸ μόγις καὶ δυσχερῶς καὶ σὺν χρόνῳ πολλῷ· πλημμελῶς δὲ, τὸ οἷον παλμωδῶς, ἢ τρομωδῶς, ἢ σπασμωδῶς, ἢ κλονωδῶς. ἐπὶ

quod dicimus in una alterave parte, quod nos in iis, hoc ipſum in omnibus facere cenſemus eum, qui numerare ſymptomata ſtudebit, minime quidem nominibus attentum (neque enim ubique uſitata nomina inveniet) ſed ipſam rerum naturam ſpectantem. Sed eſto ventriculus concoctionis inſtrumentum, quod trahit ad ſe (uti oſtendimus) familiare alimentum et excernit quicquid eſt alienum; praeterea quod attraxit, id retinet, et quod retinet, alterat. Quum igitur vel omnino non attrahere, vel vitioſe attrahere illi contigit, duo haec attractricis facultatis ſymptomata mecum perpende. Alterum eorum rurſum biſariam dividitur, *nempe* quod vitioſe, oratione ſaltem quatenus utique licet (tametſi nominibus dilucide demonſtrare non potes, quod *ſcilicet* his nullum impoſitum nomen ſit) interpretari conatus, quod etiam per id ipſum vitioſe alia erit ut *attractio* imbecilla, alia ut depravata; imbecilla quidem quae vix et aegre et longo tempore fit; depravata, quae veluti cum palpitatione, vel tremore, vel convulſione, vel concuſſione agitur. In

Ed. Chart. VII. [37.] Ed. Baf. III. (215.)

δέ γε τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως ἐν τῇ γαστρὶ τὸ μὲν μηδ᾽ ὅλως ἐστὶν, ὅταν οἷάπερ ἐλήφθη τὰ σιτία τοιαῦτα διαμένῃ κατὰ πᾶσαν ποιότητα· τὸ δ᾽ ἀῤῥώστως, ἴδιον ὄνομα κέκτηται τὴν βραδυπεψίαν· ὥσπερ καὶ τὸ πλημμελῶς, εἰς ἀλλόκοτον ποιότητα τῶν σιτίων μεταβολήν· ὥστε γενέσθαι τὰ σύμπαντα συμπτώματα τρία περὶ τὴν μίαν ἐνέργειαν ἀποτυγχανομένην. καλεῖται δὲ ἡ μὲν ἐνέργεια, πέψις, ἀλλοίωσις οὖσα τῶν σιτίων εἰς τὴν οἰκείαν τῷ ζώῳ ποιότητα· βραδυπεψία δὲ ἡ ἐν χρόνῳ πλείονι καὶ μόγις εἰς τὴν αὐτὴν ποιότητα μεταβολή· τὸ δ᾽ ἀλλοιοῦσθαι μὲν εἰς ἑτέραν ποιότητα, μὴ μέντοι κατὰ φύσιν, ἀπεψίαν ὀνομάζουσιν· ὁμωνύμως δὲ αὐτῇ προσαγορεύεται καὶ ἡ στέρησις τῆς ἐνεργείας. καί τοι σαφέστερον ἦν ταύτην μὲν μόνην ἀπεψίαν ὀνομάζεσθαι, δυσπεψίαν δὲ τὴν πλημμελῆ μεταβολὴν, βραδυπεψίαν δὲ τὴν ἀῤῥωστον ἀλλοίωσιν· ἀλλὰ γὰρ, ὅπερ ὁ Πλάτων ἔλεγεν, ἀγνοοῦντες οἱ παλαιοὶ τὰ πλεῖστα τῶν πραγμάτων τὰ μὲν οὐδ᾽ ὅλως, τὰ δὲ οὐκ ὀρθῶς ὠνόμασαν. οὔκουν ἐξαπατᾶσθαι χρὴ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὴν ἀποβλέπειν τῶν πραγμάτων

alteratrice vero ventriculi facultate aliud *fymptoma* eft, ubi omnino alteratio non fit, quum quales affumpti cibi funt, tales in omni qualitate manent; aliud *ubi* imbecilliter, *quod* proprium nomen bradypepfiam habet; quemadmodum et depravate, quum in alienam qualitatem cibi permutantur, ita ut tria in totum fymptomata circa unam actionem fruftratam habeantur. Vocatur autem ipfa functio concoctio, quae ciborum eft in familiarem animali qualitatem alteratio. Bradypepfia vero mutatio in eam qualitatem eft, fed vix et fpatio longiore; alterationem autem in alteram qualitatem, non tamen in eam, quae fecundum naturam eft, apepfiam nominant. Huic aequinoce privatio quoque actionis nominatur; quanquam clarius fuerat hanc folam apepfiam nominare; illam vero depravatam mutationem, dyfpepfiam; ficut imbecillam alterationem, bradypepfiam. Atque ut Plato dicebat, veteres quum res plurimas ignorarent, alias omnino non nominarunt, alias non recte. Non igitur decipi nos oportet nominibus, fed in ipfam rerum fubftantiam

τὴν οὐσίαν. εἴπερ οὖν τοῦτο ποιοῖμεν, εὑρήσο(216)μεν ὡσαύτως καὶ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἐνέργειαν μὲν τὴν κατὰ φύσιν, ὅταν ἐξισῶται ὁ χρόνος τῆς περιστολῆς τῷ χρόνῳ τῆς πέψεως, καὶ σφίγγηται πανταχόθεν ἀκριβῶς τὰ σιτία· στέρησιν δὲ παντελῆ τῆς ἐνεργείας, ὅταν μηδ᾽ ὅλως περιλαμβάνῃ· γίνεται δὲ τοῦτο ἐν ταῖς λειεντερίαις· ἀῤῥωστίαν δὲ, ὁπόταν ἢ μὴ περιστέλληται καλῶς, ἢ μὴ μέχρι τῆς παντελοῦς πέψεως, ἢ ἅμα ἄμφω συμπίπτῃ. ἐπειδὴ γὰρ ἐν δυοῖν τούτοιν ὑπῆρχε τὸ καλῶς ἐνεργεῖν τὴν περισταλτικὴν δύναμιν, τῷ τε μηδεμίαν ἀπολιπεῖν χώραν κενὴν μεταξὺ τῆς τε γαστρὸς καὶ τῶν σιτίων, τῷ τ᾽ ἐξισοῦσθαι τὸν χρόνον τῆς περιστολῆς τῷ χρόνῳ τῆς πέψεως, ἤτοι κατὰ θάτερον [38] αὐτῶν μόνον ἐνεργήσει κακῶς, ἢ κατ᾽ ἄμφω, καὶ συμπτώματα ἀκολουθήσει, κλύδωνες μὲν καὶ πνευματώσεις ἀῤῥώστοις περιστολαῖς, ἐκκρίσεις δὲ ταχεῖαι καὶ διαφθορὰ τῶν σιτίων ἐν τῇ κάτω γαστρὶ, ταῖς ὀλιγοχρονίοις. ἔνθα σε καὶ τούτῳ κελεύω προσέχειν τὸν νοῦν, ὡς ἕπεται πολλάκις ἕτερον ἑτέρῳ συμπτώματι. τῇ μὲν γὰρ ἀῤῥώστῳ περιστολῇ ποτὲ μὲν

inſpicere. Id ſi fecerimus, inveniemus ſimiliter retentricis facultatis actionem ſecundum naturam ſe habere, quum tempus comprehenſionis ciborum concoctionis tempori exaequatur, ac cibos undique prorſus complectitur; privationem vero univerſalem actionis, quum prorſus non complectitur; accidit autem id in lienteriis; imbecillitatem vero *vocamus,* quum vel non probe comprehendit, vel non ad usque perfectam concoctionem, vel quum ambo haec ſimul incidunt. Quum enim his in duobus conſiſtat proba comprehenſivae facultatis functio, tum ut nullum ſpatium relinquatur inter ventrem et cibos vacuum, tum ut comprehenſionis tempus concoctionis tempori exaequetur; vel in altero tantum male functionem obibit; vel in utroque, ſymptomataque conſequentur, imbecillam quidem comprehenſionem fluctuationes et flatus; brevioris vero temporis comprehenſionem excretio celeris et ciborum in inferiori ventre corruptela. Atque hic te huic rei mentem adhibere

οἱ κλύδωνες ἕπονται, ποτὲ δὲ αἱ πνευματώσεις· τῇ δ' ὀλιγοχρονίῳ πάντως μὲν αἱ ἐλλιπεῖς πέψεις, ἐφεξῆς δὲ ἤτοι ταχεῖα διέξοδος τῶν σιτίων, ἢ διαφθορὰ κατὰ τὴν κάτω γαστέρα. ταχείας μὲν οὖν διεξόδου συμπτώματα ἀχώριστα διαχωρήσεως ὑγρότης καὶ ἀνάδοσις ἐλλιπής· διαφθορᾶς δὲ δυσωδία μὲν ἐν τοῖς διαχωρουμένοις ἐξ ἀνάγκης, οὐκ ἐξ ἀνάγκης δὲ δήξεις ἢ πνευματώσεις, ἀλλ' ἔστιν ὅτε μὲν οὐδέτερον αὐτῶν, ἔστιν ὅτε δὲ θάτερον, ὁτὲ δ' ἀμφότερα. διὰ τί δὲ κἀν τούτοις κἀν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις τινὰ μὲν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, τινὰ δ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἐν τῷ μετὰ τοῦτον δίειμεν λόγῳ τῷ περὶ τῶν ἐν τοῖς συμπτώμασιν αἰτιῶν. ἐν δὲ τῷ παρόντι μετιέναι καιρὸς ἐπὶ τὴν λοιπὴν διαφορὰν τῶν συμπτωμάτων τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως. ὅταν οὖν περιστέλληται ἡ γαστὴρ τοῖς σιτίοις, ἀλλὰ μετὰ παλμοῦ τινος, ἢ οἷον σπασμοῦ τε καὶ τρόμου καὶ κλόνου, πλημμελὲς ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον τῆς περιστολῆς ἔργον. τοῦ μὲν οὖν παλμοῦ τῆς γαστρὸς σαφῶς αἰσθανόμεθα, καὶ μέν γε καὶ τοῦ σπασμοῦ,

velim quod alteri ſymptomati alterum nonnunquam ſuccedit; imbecillam namque comprehenſionem modo perturbationes ventris ſequuntur, modo flatus; brevioris vero temporis *comprehenſionem* omnino imperfecta concoctio; cui ſuccedit vel celer ciborum exitus, vel eorum in ventre corruptela. Ac ita celeris quidem exitus inſeparabilia ſymptomata ſunt dejectionis humiditas et diſtributio deficiens; corruptelae autem in alvi quidem dejectionibus graveolentia neceſſario, non neceſſario autem mordicationes aut inflationes. Sed interdum neutrum eorum, interdum alterum, interdum utrumque ſequitur. Cur autem tum in iſtis, tum in iis, quae prius ſunt dicta, quaedam neceſſario ſequantur, quaedam non neceſſario, in libro hunc ſequenti agemus. In praeſentia vero ad reliquam retentricis facultatis ſymptomatum differentiam eſt tranſeundum. Quum igitur cibos venter comprehendit, ſed cum palpitatione quadam vel tanquam convulſione et tremore et concuſſione, ejusmodi comprehenſionis opus depravatum fuerit. Ac palpitationem quidem ventris clare ſentimus, itemque convul-

λυγμὸς γὰρ ὀνομάζεται τὸ σύμπτωμα· τοῦ δὲ οἷον τρόμου, παθήματος αὐτῆς, οὐκέτ᾽ ἐναργῶς, ἀλλ᾽ εἰ προσέχοις τῷ λόγῳ τὸν νοῦν, οὐκ ἂν οὐδὲ τοῦτο φωράσαις χαλεπῶς. ὅταν οὖν ἐδηδοκότι σοι μήτε κλύδων τις ἐνοχλῇ, μήτε πνευμάτωσις, ἀλλὰ μήτε παλμός τις εἴη, μήτε λύγξ, ἀήθους δ᾽ ἀπορίας αἴσθησις ὑπάρχῃ κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ οἷον βαρύνηταί τε καὶ κάμνῃ καὶ ποθῇ θᾶττον ὑπελθεῖν κάτω τὸ βάρος ἢ ἄνω ἅμα τῷ τινα ἐρυγὴν προσγενέσθαι, καὶ πού καὶ δυσχέρεια περὶ τὴν ἀναπνοὴν δύσφορος δή τις καὶ δύσφραστος ἕπηται, τόθ᾽ ἡγοῦ τὴν γαστέρα περιεστάλθαι μὲν τοῖς σιτίοις, ἀλλ᾽ οἷον τρομωδῶς. ἡ δὲ οἷον κλονώδης κίνησις ἐν τοῖς ῥίγεσι μάλιστα καταφανής ἐστιν, ἅπαντα τοῦ ζώου καταλαμβάνουσα τὰ μόρια. περὶ μὲν δὴ τούτων ἐπιπλέον ἐν τοῖς μετὰ τοῦτο λεχθήσεται γράμμασι· νυνὶ δὲ ἐπὶ τὴν τετάρτην ἤδη τῆς γαστρὸς μετέλθωμεν δύναμιν, τὴν ἀποκριτικήν τε καὶ προωστικὴν ὀνομαζομένην, ἧς ἡ μὲν οἷον στέρησις ἔν τισιν ἰδέαις εἰλεῶν γίνεται· ἡ δὲ ἀῤῥωστία συνεχῶς ἐγγίγνεται ἐν βραδείαις τισὶ περιττωμάτων διεξόδοις· ἡ δ᾽ οἷον

fionem; (fingultum enim hoc fymptoma nominant) at pathema ejus, quod veluti tremor fit, non clare *percipitur*: fed fi noftrae orationi animum adbibueris, id quoque non magno negotio deprehendes. Ergo ubi ab affumpto cibo neque aliqua fluctuatio te infeftat, neque inflatio, imo neque palpitatio ulla eft, neque fingultus, fed infuetae jactationis in ventre fenfus eft, et veluti gravatur is ac laborat, ac defiderat celerius onus per inferiora aut fuperiora fecedere, fimulque accedit ructus quidam ac molefta quaedam difficultas intoleranda ac vix explicabilis refpirationis fequitur; tum exiftima ventriculum cibos comprehendere quidem, fed tremule. At motus veluti concuffivus in rigoribus maxime eft confpicuus, univerfas animalis partes occupans. Sed de his fufius in libris hunc fequentibus differetur. Jam nunc ad quartam ventris facultatem excretricem propultricemque nominatam accedamus; cujus veluti privatio in quibusdam ilei fpeciebus cernitur; imbecillitas vero plerumque in tardis quibusdam excrementorum dejectionibus incidit. Motus

πλημμελὴς κίνησις, ὅταν ἤτοι πρὶν τελειωθῆναι τὴν πέψιν ἐξορμήσῃ πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ἢ βραδύνῃ καὶ μέλλῃ τελειωθείσης, ἢ μετά τινος ἤδη τῶν εἰρημένων γίνεται συμπτωμάτων, ἢ ἄλλως πως ἀνωμάλως, ἢ οἷον ἀκρατῶς αὐτοῖς ἐμπίπτει τοῖς σιτίοις ἡ γαστὴρ, ἀταμίευτον ἔχουσα τὴν κίνησιν ὁμοίως τοῖς εἰς τὸ κάταντες θέουσιν, εἶτα στῆναι μὴ δυναμένοις. ἐπὶ μὲν δὴ τῆς γαστρὸς, ὡς ὀργάνου πέψεως, εἴρηται τὰ συμπτώματα· καθότι δὲ καὶ τρέφεσθαι δεῖται, καὶ τὸ θρέψον ἕλκειν εἰς ἑαυτὴν, καὶ κατέχειν γε, μέχρι περ ἂν ἀλλοιώσῃ καὶ ἀποκρίνῃ τὸ περιττὸν, ἕτερον ἴσον ἀριθμὸν κτήσεται συμπτωμάτων, ὡς ὁμοιομερὲς σῶμα. τάχα οὖν ἂν εἴη κάλλιον ἅπαντα [39] τὰ περὶ τὴν θρεπτικὴν ἐνέργειαν διελθεῖν συμπτώματα, τῷ τε γαστρὸς σώματι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι μορίοις ὑπάρχοντα κοινά· σαφέστερος γὰρ ὁ λόγος οὕτως ἂν γένοιτο τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἐναργέστερόν τ᾽ ἄν τις διδάξειε τὸ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένον, ὡς ἔστι καὶ σύμπτωμα συμπτώματος αἴτιον. ἑνὸς γοῦν συμπτώματος τῆς ἀτροφίας, εἴτε καθ᾽ ὅλον αὕτη γίνοιτο τὸ ζῶον, εἴτε καθ᾽ ἕν τι μόριον

autem quaſi vitioſus eſt, quum vel priusquam peracta concoctio ſit, ad actionem proruit; vel abſoluta *concoctione* ceſſat ac tardat, vel una cum aliquo jam dictorum ſymptomatum ſit, aliterve quovis modo inaequaliter, vel tanquam intemperanter venter in cibos irruit, minime moderatum habens motum exemplo eorum, qui per declive currentes, gradum poſtea ſiſtere nequeunt. Igitur ventris, quatenus organum eſt concoctionis, dicta ſymptomata ſunt; at quatenus ipſum nutriri oportet et ad ſe alimentum attrahere et retinere, quousque alteraverit et ſupervacaneum excreverit, alium parem ſymptomatum numerum ut ſimilare corpus ſortietur. Fortaſſis igitur praeſtiterit omnia, quae facultatis nutricis functioni accidunt, ſymptomata percurrere, tum quae ventris corpori, tum quae caeteris partibus omnibus inſunt communia, quippe clarior ita legentibus oratio fiet, illuſtriusque docebit quod paulo ſupra eſt dictum, ſymptoma ſymptomatis cauſam eſſe. Atrophiam enim, quum unum ſymptoma ſit, ſive ea in toto fiat animali,

αὐτοῦ, πλείω προηγεῖται συμπτώματα. δεομένου γὰρ τοῦ μέλλοντος θρέψεσθαι καλῶς ἕλκειν τε πρὸς ἑαυτὸ τὴν οἰκείαν τροφὴν καὶ κατέχειν αὐτὴν ἄχρις ἂν ἀλλοιώσαν ἐξομοιώσῃ, καὶ μέντοι καὶ ἀποκρίνειν τὸ περιττόν· ὄντος δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ περιττοῦ διττοῦ κατὰ γένος, ἢ γὰρ τῷ ποσῷ περιττόν ἐστιν, ἢ τῷ ποιῷ, ἀνάγκη πᾶσα τὸ ἀτροφοῦν μόριον ἢ δι' ἕν τι τῶν εἰρημένων τοῦτο πάσχειν, ἢ διὰ πλείω. εἴτε γὰρ ἐλλιπῶς ἕλκει τὸ θρέψον, ἢ μηδ' ὅλως, ἢ μοχθηρῶς ἀτροφήσει τὸ μόριον· εἴτε τοῦτο μὲν ὅσον τε ἐχρῆν εἶναι καὶ οἷον ἐπάρδοιτο, σύμπτωμα δέ τι περὶ τὴν καθεκτικὴν δύναμιν εἴη τοῖς ἐπὶ τῆς γαστρὸς εἰρημένοις ἀνάλογον, ἀτροφήσει καὶ οὕτως. εἰ δὲ καὶ τούτων τῶν δυνάμεων ἀμέμπτως ἐνεργουσῶν ἡ ἀποκριτικὴ σφάλλοιτο πλέον ἢ προσῆκε κενοῦσα, καὶ οὕτως ἂν ἰσχνὸν καὶ ἄτροφον ἀποδειχθείη τὸ μόριον. ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως τὰ συμπτώματα, τὸ μὲν οἷον στέρησις, ὅπερ ἀπεψίαν ἔφαμεν ὀνομάζεσθαι, ἄντικρυς δῆλον, ὡς ἰσχνὸν ἐργάζεται τὸ μόριον·

five in una ejus parte, multa praecedunt fymptomata. Quum enim quod probe nutriri debet, id et trahere ad fe familiare ac proprium alimentum oporteat; et quoad alteratum fibi affimilaverit, retinere; praeterea quod redundat excrementum excernere; quumque id excrementum duplex genere fit, aut enim quantitate redundat, aut qualitate; necelfe omnino eft partem atrophia laborantem vel uno praedictorum aliquo id pati, vel plurimis. Nam five diminute nutriturum *alimentum*, five non omnino, five depravate trahat, atrophia pars laborabit: five id quidem quantum et quale effe oportet fuppeditetur, caeterum fymptoma aliquod in retentrice facultate confiftat fimile dictis ventriculi fymptomatis, atrophia fic quoque laborabit. Quod fi hae facultates illaefis fungantur actionibus, excretrix autem erraverit, plusquam oportet evacuans; fic quoque pars macilenta atrophiaque tabefcens reddetur. Jam alteratricis facultatis fymptomatum illud quidem, quod veluti privatio eft (quam apepfiam vocari diximus) liquido patet partem

τὸ δ᾽ οἷον ἀῤῥωστία τις, ὅπερ καλοῦμεν βραδυπεψίαν, ἐν χρόνῳ μὲν πλείονι, σαφῆ δ᾽ οὖν καὶ αὐτὴ ποιήσει ποτὲ τὴν ἰσχνότητα· τῷ δὲ τρίτῳ συμπτώματι, τῆς δυσπεψίας ἀνάλογον, οὐκ ἰσχνὸν καὶ ἄτροφον, ἀλλ᾽ ἐξηλλαγμένον τὴν ἰδέαν ἀποδείξει τὸ μόριον, ὥσπερ ἔν τε ταῖς λεύκαις καὶ ταῖς ἐλεφαντιάσεσι φαίνεται. προσέχειν δὲ ἐνταῦθα χρὴ τὸν νοῦν καὶ διορίζειν, πότερον χυμοῦ τινος ἐπιῤῥυέντος, ἢ τῶν στερεῶν αὐτῶν οὕτω διακειμένων ἐξήλλακται τὰ τῆς χροιᾶς. εἰ μὲν γὰρ διὰ χυμὸν, ἐξ ἑτέρου γένους τὸ σύμπτωμά ἐστι, καὶ οὐ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως τὸ σφάλμα· εἰ δ᾽ ὅλον δι᾽ ὅλου τὸ μόριόν ἐστιν οἷον οὐκ ἐχρῆν εἶναι, τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως. γίνεται μὲν γὰρ κἀν τοῖς ἰκτερικοῖς ἐξάλλαξις τοῦ κατὰ φύσιν χρώματος, ἀλλὰ τοῦτο μὲν σύμπτωμά ἐστι τῆς διακριτικῆς ἐνεργείας, πλὴν εἰ μὴ τῶν φλεβῶν αὐτῶν πάθος ποθ᾽ ὑπάρχει, τηνικαῦτα γὰρ τῆς ἀλλοιωτικῆς ἐστιν· ἡ δὲ καθ᾽ ἕκαστον μόριον ἴδιος ἄχροια, εἰ μὴ διά τινα χυμὸν ἔξωθεν ἐπιῤῥυτον γίνεται, οἷον δυσπεψία τίς ἐστι τῆς ἐν αὐτῷ δυνάμεως ἀλλοιωτικῆς τε καὶ πεπτικῆς. ἐξέλωμεν δὴ ταύτην ἐν τῷ

macilentam efficere. Alterum quafi imbecillitas quaedam eft (quam bradypepfiam vocamus) haec fpatio quidem longiore, fed manifeftam tandem aliquando maciem inducet. Tertium vero fymptoma, dyfpepfiae fimile, non macilentam et atrophia laborantem partem reddet, fed partis ideam permutabit quemadmodum in leuce et elephantiafi cernitur. Sed hic advertere ac diftinguere oportet, utrumne humore aliquo affluente, an folidis ipfis ita affectis, mutatus color fit. Nam fi ob humorem mutatus fit, alterius generis fymptoma eft, non alteratricis facultatis error; fi autem tota pars per totam, qualem effe oporteat, talis non fit, alteratricis facultatis *id vitium eft*. Fit enim et in arquatis naturalis coloris mutatio; fed id fecretionis eft fymptoma, nifi venarum ipfarum affectio fit; tunc enim alteratricis eft facultatis. Vitiofus autem in fingulis privatim partibus color, nifi ex humore aliquo extrinfecus affluente proveniat, veluti quaedam dyfpepfia eft tum alteratricis, tum concoctricis in ipfa parte facultatis. Ergo hanc atrophiam, quae

παρόντι λόγῳ τὴν ἀτροφίαν κακοτροφίαν τινὰ οὖσαν· ἐπὶ δὲ τὴν στερητικὴν τῆς θρέψεως ὀνομαζομένην ἀτροφίαν ἐπανελθόντες ἀναμνήσωμεν, ὡς αὕτη τε σύμπτωμά ἐστι καὶ ἕπεται συμπτώμασιν ἄλλοτ᾽ ἄλλοις, ἤτοι περὶ τὴν ἑλκτικὴν, ἢ περὶ τὴν καθεκτικὴν, ἢ τὴν ἀποκριτικὴν δύναμιν, ἢ καὶ περὶ τὴν ἀλλοιωτικὴν αὐτὴν γιγνομένοις. ἁπάντων δὲ τούτων τῶν συμπτωμάτων αἴτια τὰ νοσήματα. φέρε γὰρ ἐλλιπῶς ἐπί τι μόριον ἕλκεσθαι τὴν τροφὴν, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀτροφεῖν αὐτὸ, νόση(217)μα ἐξανάγκης προηγεῖταί τι ταύτης τῆς ἐλλιποῦς ἕλξεως· εἴρηται γὰρ ὅταν αὐτὸ τὸ μόριον ἀῤῥωστότερον ἐφ᾽ ἑαυτὸ τὴν τροφὴν ἐπισπᾶται, πάντως δή που δύσκρατον ὑπάρχειν· νόσος δὲ ἡ δυσκρασία· εἰ δ᾽ εὔκρατον μὲν εἴη τὸ μόριον, ἔμφραξις δέ τις ἐν τοῖς τῆς ἀναδόσεως ὀργάνοις ὑπάρχουσα παρεμποδίζει τὴν ἀνάδοσιν, ἡ μὲν ἔμφραξις νόσημα, [40] σύμπτωμα δ᾽ αὐτῆς ἡ βλάβη τῆς ἀναδόσεως. οὐ μόνον δὲ ἐπερχόμενος ἕκαστον τῶν συμπτωμάτων, ὅσα διά τινα βλάβην ἐνεργείας γίνεται, μάθοις ἂν ὡς προηγεῖταί τι νόσημα πάντως αὐτῶν, ἀλλὰ κἀξ αὐτῆς τῆς

cacotrophia quaedam dicenda *potius* sit, a praesenti disputatione eximamus; ad atrophiam vero vocatam, qua nutritionis sit privatio, reversi illud admoneamus, tum ipsam symptoma esse, tum symptomatis alias aliis, quae vel attractrici, vel retentrici, vel excretrici, vel alteratrici facultati accidunt, supervenire. Omnium vero horum symptomatum causae morbi sunt. Finge enim diminute ad aliquam *partem* trahi alimentum, ideoque eam non nutriri, omnino morbus aliquis diminutum hunc tractum praecedit. Dictum enim est, quum pars ipsa imbecillior ad se ipsam alimentum trahit, eam omnino sane intemperatam esse; morbus autem *est* intemperies: si vero temperata quidem pars fuerit, sed obstructio aliqua in distributionis organis existens distributionem impediat, obstructio ipsa morbus est; distributionis impedimentum, *ejus* symptoma. Non solum autem singula symptomata percurrens, quae aliqua functionis laesione proveniunt, disces, quod omnino morbus ipsa prae-

Ed. Chart. VII. [40.] Ed. Baf. III. (217.)

οὐσίας τῶν πραγμάτων ἔνεστί σοι χωρὶς ἐπαγωγῆς συλλογίζεσθαι. τὴν μὲν γὰρ ὑγείαν αἰτίαν ἐνεργείας ἐθέμεθα, τὴν δὲ νόσον αἰτίαν ἐνεργείας βλάβης· ἀλλὰ καὶ τὰ συμπτώματα, περὶ ὧν δὴ νῦν τὸν λόγον ποιούμεθα, βλάβας ἐνεργειῶν ὑπάρχειν ἔφαμεν. ἐκ δὲ τούτων ὑποκειμένων συμβαίνει, τοῦ τοιούτου γένους τῶν συμπτωμάτων αἰτίας εἶναι τὰς νόσους.

Κεφ. ε'. Ὅτι δὲ καὶ τὰ τῶν λοιπῶν δύο γενῶν αἱ νόσοι προηγοῦνται, λόγον αἰτίας ἔχουσαι πρὸς αὐτὰ, καὶ τοῦτο δείξομεν ὀλίγον ὕστερον, ἐπειδὰν πρότερον ἅπαντα τὸν περὶ αὐτῶν ἐπέλθωμεν λόγον, ἀρξάμενοι πάλιν ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς διαθέσεσι τοῦ σώματος συνισταμένων συμπτωμάτων. εἰσὶ δ' αὐτῶν αἱ πρῶται διαφοραὶ τέτταρες. τὰ μὲν γὰρ ὁρατὰ, τὰ δ' ἀκουστὰ, τὰ δ' ὀσφραντὰ, τὰ δὲ γευστὰ, τὰ δ' ἁπτὰ τετύχηκεν ὄντα. τὰ μὲν οὖν ὁρατὰ τὴν γένεσιν ἐν ταῖς παρὰ φύσιν ἴσχει χροιαῖς, ἤτοι παντὸς ἅμα τοῦ σώματος, ἢ τινων μορίων ἤ τινος· ἅπαντος μὲν οὖν, ὡς ἐπὶ τῶν ἰκτεριώντων ἔχει, καὶ τῆς ἡπατίτιδός τε καὶ σπληνίτιδος ονο-

cedit, fed etiam ex ipfa rerum effentia, licet citra inductionem colligere. Etenim fanitatem actionis caufam pofuimus, morbum autem laefae actionis caufam; at vero fymptomata, de quibus nunc verba facimus, actionum effe laefiones diximus. Quare ex his propofitis colligitur hujus generis fymptomatum morbos effe caufas.

Cap. V. Quod vero reliqua duo genera morbi praecedant, et caufae rationem ad ipfa obtineant, id quoque paulo poft docebimus, ubi prius integrum de ipfis abfolverimus fermonem, aufpicati rurfus a fymptomatis quae in corporis confiftunt affectibus. Sunt autem eorum primae differentiae quatuor; alia namque fub vifum cadunt, alia fub auditum, alia fub odoratum, alia fub guftum, alia fub tactum. Ac vifilia quidem in coloribus praeter naturam ortum habent vel univerfi fimul corporis, vel quarundam partium, vel partis alicujus. Univerfi quidem *corporis*, ut in arquatis fe habet, in hepatitide et fplenitide vocatis morbis,

μαζομένης νόσου, καί τισιν ὑδέρων εἴδεσιν· ἔν τινι δὲ, καθάπερ ἔν τε τῇ γλώττῃ μόνῃ πολλάκις ὁρᾶταί τις ἐξαίρετος ἄχροια, καὶ τοῖς ἐξ ἀποστημάτων μορίοις μελανθεῖσιν ἢ πελιδνοῖς γενομένοις, οὕτω δὲ κἂν τοῖς ἄνθραξι, κἂν τοῖς ἐρυσιπέλασιν ἕρπησί τε καὶ γαγγραίναις ὑπαλλάττεται τὰ κατὰ φύσιν χρώματα. τούτου τοῦ γένους ἐστὶ καὶ ἀλφὸς, καὶ λεύκη, καὶ ἐλέφας, καὶ τἄλλα ὅσα τοιαῦτα. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τὰς κατὰ φύσιν ὑπαλλάττει χροιάς. καὶ μὲν δὴ καὶ πολλοῖς ἅμα μορίοις ἐστὶν εὑρεῖν ποτε συμβαίνουσαν ἄχροιαν ἐν πολλοῖς τῶν νοσημάτων, ἤτοι περὶ τὰ σκέλη μᾶλλον, ἢ περὶ τὸ πρόσωπον, ἢ σύμπαν γε τὸ ἄνω τοῦ σώματος, ἢ σύμπαν τὰ κάτω. τὰς μὲν οὖν ὁρατὰς διαφορὰς ἐν τούτοις ἐπισκεπτέον, τὰς δ' ὀσφρητὰς ἐπί τε τῆς ἀναπνοῆς καὶ τῆς διαπνοῆς πρῶτον. ὀνομάζω δὲ τὴν μὲν διὰ λάφυγγος ὁλκήν τε καὶ αὖθις ἔκπεμψιν τοῦ πέριξ ἀέρος, ἀναπνοήν· τὴν δὲ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, διαπνοήν. αἱ τοίνυν κατὰ ταύτας γινόμεναι δυσωδίαι παρὰ φύσιν ἐν τῷ τῶν συμπτωμάτων τετάξονται γένει, μετὰ δὲ ταύτας αἱ κατὰ τὰ ὦτα καὶ ῥῖνας

et in hydropum fpeciebus quibusdam. Unius vero *partis,* quemadmodum tum in lingua fola alienus color multoties afpicitur, tum in partibus, quae abfceffibus vel nigricant vel livent. Sic et in carbunculis, et eryfipelate, et herpetibus, et gangraenis, naturales colores immutantur. Hujus generis funt vitiligo, leuce, elephantiafis, aliaque id genus; quippe haec quoque naturalem colorem mutant. Jam in multis fimul partibus obortam decolorationem in multis morbis comperire licet, vel circa crura magis, vel circa faciem, vel circa totam fuperiorem corporis regionem, vel circa totam inferiorem. Ac vifiles quidem differentiae in his funt contemplandae. Odorabiles vero primum quidem in refpiratione ac tranfpiratione; voco autem quod ambientis nos aëris per fauces attrahitur et rurfus emittitur, refpirationem; quod autem per totum corpus, tranfpirationem. Ergo quae his accidunt praeter naturam graveolentiae, in hoc fymptomatum conftituentur genere; poft has vero aurium, narium, axillarum foetores, et partium quae-

Ed. Chart. VII. [40. 41.] Ed. Baf. III. (217.)

καὶ μασχάλας καὶ ὅσα μόρια κατὰ πάθος σήπεται. καὶ μὲν δὴ κἂν ταῖς ἐρυγαῖς ἔστιν εὑρεῖν ταὐτὸ τοῦτο γένος τῶν συμπτωμάτων, ἤτοι καπνώδους, ἢ ὀξώδους, ἢ βρομώδους, ἢ ἰχθυώδους, ἤ τινος ἑτέρας τοιαύτης ποιότητος ἐξοζούσης τῆς ἐρυγῆς. κατὰ δὲ τὰς γευστὰς διαφορὰς αὐτῷ τῷ κάμνοντι τεκμαίρεται τὰ συμπτώματα. καὶ γὰρ ἱδρῶτος ἐγεύσαντό ποτε παραῤῥυέντος εἰς τὸ στόμα, καὶ τοῦ κατ᾽ αὐτὴν τὴν γλῶτταν σιάλου τῆς ποιότητος ἐξηλλαγμένης. ὥσπερ οὖν καὶ τοῦ αἵματος, οἷς καὶ τοῦτο διὰ στόματος ἐκκενοῦται καθ᾽ ὁντιναοῦν τρόπον, οἱ μὲν ἐπισήμως γλυκέος ἢ ἁλμυροῦ γέ τινος ἢ πικροῦ τὴν αἴσθησιν ἴσχουσιν· οὕτω δὲ καὶ τῶν ἐκ πνεύμονος ἀναγομένων καὶ τῶν ἐκ γαστρὸς ἐμουμένων οἱ μὲν ὀξέων, οἱ δ᾽ ἁλικῶν, οἱ δὲ πικρῶν, οἱ δὲ γλυκέων, οἱ δ᾽ αὐστηρῶν αἰσθάνονται. πολλοὶ δὲ τῶν ἰατρῶν καὶ ἱδρῶτος γεύεσθαι [41] δικαιοῦσιν αὐτοὶ καὶ προσέτι τοῦ κατὰ τὰ ὦτα ῥύπου· τεκμαίρεσθαι γάρ τι κἀκ τούτου. καὶ μὴν καὶ τὰς ἁπτὰς διαφορὰς ἐν τούτοις τοῖς συμπτώμασιν ἀριθμητέον, ἐπειδὰν ἐξιστῶνται τοῦ κατὰ φύσιν, οἷον δέρμα σκληρὸν καὶ περιτεταμένον καὶ καρφαλέον.

cunque ob affectum putrefcunt. His amplius in ructu idem fymptomatum genus licet invenire, ipfo ructu vel fumofam, vel acidam, vel virofam, vel pifcium graveolentiam, vel aliam quampiam ejusmodi referente qualitatem. In iis vero quae fub guftum cadunt differentiis laborantes ipfi fymptomata conjiciunt; nam fudorem defluentem in os aliquando guftant; ac ejus quae circa linguam eft falivae mutatam qualitatem; quemadmodum fanguinem, quibus is quocunque modo per os vacuatur, alii quidem notabiliter dulcem, alii falfum, alii amarum fentiunt. Ita etiam et quae ex pulmone rejiciuntur, et quae ex ventriculo evomuntur, aliis haec acida, aliis falfa, aliis amara, aliis dulcia, aliis auftera fentiuntur. At medicorum non pauci etiam fudores atque aurium praeterea fordem guftu explorandam cenfent; quippe ex hoc quoque aliquid conjectari *autumant.* Jam tactiles differentiae, ubi naturae modum excefferunt, in ejusmodi fymptomatis numerandae funt, veluti cutis dura

ſcendentem, aut propter cerebrum ipſum in ea parte laeſum, unde nervus exoritur, animali accident. Igitur in nervo quidem ex cerebro *morbi ſunt* ſimiliter iis, qui in oculis; qui vero in reliquis partibus *ſunt*, ad proportionem quidem, non tamen omnino ſimiliter laedent. Quam enim habet in oculo rationem humor cryſtallinus, hanc habet in auribus internus auditorii meatus finis, ubi nervum dilatatum contingit; quae vero extra hunc in anfractu meatus ſunt omnia, iis quae cryſtallino *humori* in oculo praetenduntur, proportione reſpondent. Itaque etiam morbos illarum partium huc transferri ex illis conveniet, ſimilarium quidem partium, qui in intemperie et continui ſolutione conſiſtunt; meatus vero in obſtructionibus ſive ob aliquem ipſarum partium tumorem praeter naturam, meatum obſtruentem, ut abſceſſum, phlegmonem, ſcirrhum, oedema; ſive ob adventitium aliquem aut omnino quemvis tumorem praeter naturam, qualis in eodem meatu ſaepe fit, quum calloſum quid aut carnoſum ſenſim concreſcit ex iis, quae

Ed. Chart. VII. [49. 50.] Ed. Bas. III. (221.)

παρὰ φύσιν ἐμφραττόντων τὸν πόρον, ὧν ἐστι καὶ ὁ ῥύπος ὁ συνήθως ἐν ὠσὶ γιγνόμενος.

Κεφ. δ'. Ὥσπερ οὖν ἐν τούτοις ἡ κατασκευὴ τῶν μορίων ἐνεδείξατο τὰς τῶν συμπτωμάτων αἰτίας, οὕτω καὶ κατὰ τὴν γλῶττάν τε καὶ τὴν ῥῖνα ἐνδείξεται, γιγνωσκόντων γε ἡμῶν κἀκεῖ τό τε πρῶτον αἰσθητικὸν μόριον καὶ τἄλλα τὰ συμπληροῦντα τὸ σύμπαν ὄργανον. ἐδείχθη γὰρ ἡ μὲν γλῶττα διὰ τὸ δυοῖν ὑπηρετεῖν δυνάμεσιν αἰσθητικῇ τε καὶ προαιρετικῇ, δύο καὶ τὰς ἐνεργείας ἔχουσα, καὶ νῦν αὐτὴν ὡς αἰσθητικὴν ἐπισκοπούμεθα· τὸ δὲ τῶν ὀσμῶν αἰσθητήριον αὐτὰς ἐπεδείκνυμεν εἶναι τὰς κοιλίας τοῦ ἐγκεφάλου. τὰ μὲν οὖν τῆς γευστικῆς αἰσθήσεως συμπτώματα, τό τε μηδὲ ὅλως αἰσθάνεσθαι χυμῶν ἐστι καὶ τὸ κακῶς αἰσθάνεσθαι. διττοῦ δὲ τοῦ κακῶς ὑπάρχοντος, ὡς ἐδείκνυτο, τοῦ μὲν ἀμυδρῶς, τοῦ δὲ ὡς ἄν τις εἴποι παρατυπωτικῶς, τὸ μὲν ἀμυδρῶς ἀνάλογόν [50] ἐστι τῇ κατὰ μὲν τὴν ὄψιν ἀμβλυωπίᾳ, κατὰ δὲ τὴν ἀκοὴν βαρυηκοΐᾳ· τὸ δὲ παρατυπωτικῶς, ὅταν ὑπηλλαγμένα ταῖς χρόαις ἢ τοῖς σχήμασιν ἢ

meatum praeter naturam obstruunt, inter quae sunt et sordes, quae in auribus colligi solent.

Cap. IV. Quemadmodum igitur in his partium constitutio symptomatum indicavit causas, ita et in lingua et naso indicabit, modo in iis quoque tum primum sentientem partem, tum reliquas, quae totum instrumentum complent, noverimus. Monstratum enim est linguam, quia duabus facultatibus, sensitrici et motrici, subservit, duas quoque habere actiones; ac nunc eam ut sentientem consideramus. Odoratus vero sensorium ipsos esse cerebri ventriculos demonstrabamus. Ac gustandi quidem symptomata sunt tum omnino sapores non sentire, tum prave sentire. Quum autem male sentire, ut monstratum est, dupliciter intelligatur, alias quum diminute sentitur, alias cum depravate, diminute quidem gustare respondet visus hebetudini, auditus gravitati; depravate autem gustare est, veluti cum rerum aut color, aut figura, aut magnitudo, aut situs

Ed. Chart. VII. [50.] Ed. Baſ. III. (221. 222.)

τοῖς μεγέθεσιν ἢ ταῖς σχέσεσιν ὁρῶντες τύχωσιν, ὅπερ ἐν ἀκοῇ παράκουσις ὀνόμασται. τὰ δὲ τῶν εἰρημένων συμπτωμάτων αἴτια νοσήματα κατὰ τὴν γευστικὴν ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν ἔν τε τῷ τῆς γλώττης ἐστὶν ὁμοιομερεῖ σώματι καὶ τῷ περὶ αὐτὴν χιτῶνι, καὶ τοῖς νεύροις τοῖς μαλακοῖς, καὶ τῇ χώρᾳ μάλιστα ἐκείνῃ τοῦ ἐγκεφάλου, καθ' ἣν ἀποφύεται ταῦτα. τὰ μὲν οὖν ἄλλα νοσήματα τῶν εἰρημένων ἁπάντων εὔδηλα· τὸ δὲ οἷον παρατυπωτικῶς αἰσθάνεσθαι τῶν χυμῶν, ὅταν (222) ἀλλοκότου τινὸς ὑγρότητος ἡ γλῶττα πληρωθῇ, συμβαίνειν εἴωθεν, ἤτοι πάντων ὧν ἂν γεύσηταί τις ἁλμυρῶν φαινομένων, ἢ πάντων πικρῶν, ἤ τινα ἄλλην ἀτοπίαν ἔχειν δοκούντων ἄῤῥητον ἢ ῥητήν. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ὑποχεομένων ἡ ὀπτικὴ δύναμις ἐκτὸς ἐδόκει θεᾶσθαι τὰ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἐμφαινόμενα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ γευστικὴ τὰ κατὰ τὴν γλῶτταν τοῖς αἰσθητοῖς ἀναφέρει τὰ τῶν ὀργάνων συμπτώματα, ἐπὶ μὲν τῶν ἰκτεριώντων τὴν πικρότητα τῆς χολῆς οὐ τῆς γλώττης πάθος, ἀλλ' ὧν γεύεται, ὑπολαμβάνουσα, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δέ τινας διαθέσεις ἁλυκότητας ἢ ὀξύτητας ἐν τοῖς ἐδέσμασι περιέχεσθαι φανταζομένη, τοῦ

mutatus videtur, quod in auditu obauditio nominatur. Horum ſymptomatum auctores morbi in guſtandi tum facultate tum actione, partim ſubſtantiae linguae ſimilari inſident, partim tunicae, qua involvitur, partim mollibus nervis, partim ei praecipue cerebri parti, unde hi originem ſumunt. Ac reliqui quidem praedictorum omnium morbi manifeſti ſunt: depravatus vero ſaporum ſenſus, referta extraneo quopiam humore lingua, accidere ſolet, ita ut omnia, quae guſtantur, aut ſalſa, aut amara, aut alio quopiam alieno ſapore praedita videantur, ſive is oratione exprimi queat, ſive non. Quemadmodum enim videndi facultas ea foris videre videbatur, quae in oculo apparebant, eodem modo guſtandi facultas in lingua, ſenſibilibus imputat organorum ſymptomata, in arquatis quidem bilis amarorem non linguae, ſed eorum, quae guſtat, affectum eſſe exiſtimans, in aliis autem quibusdam affectibus ſalſuginem aut acorem eduliis contineri ſibi ſingens, dum admotum ſenſibile quietum

Ed. Chart. VII. [50.] Ed. Baf. III. (222.)

μὲν προσελθόντος ἔξωθεν αἰσθητοῦ τὴν τέως ἡσυχάζουσαν ἐν τῇ γλώττῃ κακοχυμίαν ἀνακινοῦντος, αἰσθανομένης δὲ τῆς γευστικῆς δυνάμεως οὐ τοῦ προσελθόντος, ἀλλὰ τοῦ πλεονάζοντος ἐν αὐτῇ. σπανιάκις δέ ποτε καὶ πρὸ τοῦ γεύσασθαί τινος αἴσθησις γίνεται τῶν ἐν τῇ γλώττῃ χυμῶν, ἀκριβείᾳ τῆς γευστικῆς αἰσθήσεως. ὅμοιόν τι τούτῳ σύμπτωμα τὸ κατ᾽ ὀφθαλμοὺς ἐπὶ στομαχικαῖς διαθέσεσιν ἢ φαντασίαν ὑποχύσεως συμπίπτειν, ἢ ἐν ὠσὶν ἤχους, οὐδενὸς ἔξωθεν ψοφοῦντος, ἀλλ᾽ αὐτῆς τῆς κατὰ τὰς μήνιγγας κινήσεως τὸ φάντασμα πεμπούσης· ἢ κατὰ τὰς ῥῖνας ὀσμῆς τινος ἀπὸ τῶν αὐτόθι περιεχομένων χυμῶν. ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ καὶ τῆς ῥινὸς ἐμνημονεύσαμεν διτταῖς ὑπηρετούσης δυνάμεσιν, ὥσπερ καὶ ἡ γλῶττα (καὶ γὰρ καὶ τῶν ὀσφρητικῶν ὀργάνων οἱονεὶ πέρας τι καὶ τῶν ἀναπνευστικῶν ἐστιν) ἄμεινον ἂν εἴη καὶ περὶ ταύτης ὡσαύτως τοῖς εἰρημένοις διελθεῖν. εἰ γάρ τι συμβαίη κατ᾽ αὐτὴν νόσημα τῷ πόρῳ λυμαινόμενον, ἤτοι χεῖρον ἢ οὐδ᾽ ὅλως αἰσθήσεται τῶν ὀσμῶν ἡ ὀσφρητικὴ δύναμις. ἰσχυρῶς τε οὖν συντριβεῖσα καὶ πολύπουν ἤ τινα ὄγκον παρὰ φύσιν ἔχουσα, τὴν ὁδὸν τοῦ πνεύματος ἐμφράξει. τούτου τοῦ

hactenus in lingua pravum humorem commovet, gustandi autem facultas non id, quod admovetur, percipit, fed quod in ipfa abundat. Interdum autem etiam, licet rarius, priusquam gustetur, percipiuntur ii humores, quibus lingua perfufa eft, ob exquilitum guftandi fenfum. Huic fimile fymptoma eft, ubi aut in oculis a ftomachicis affectibus fuffufionis imaginatio oboritur; aut in auribus foni, nullo extra fonante, fed ipfo meningum motu eam fpeciem creante; aut in naribus, odoris, ab humoribus illic contentis. Sed enim quoniam nafi meminimus duabus facultatibus, itidem ut lingua, infervientis (nam et odorandi et refpirandi inftrumentorum veluti quidam finis eft) fatius eft etiam de hoc, perinde ac de praedictis, differere. Si quid enim huic accidat morbi, quod meatui incommodet, aut deterius, aut nullo modo percipiet odores odoratrix facultas. Vehementer itaque contufus aut polypo vel alio praeter naturam tumore laborans, fpiritus viam obftruet. Hujus generis eft

γένους ἐστὶ καὶ ἡ περὶ τὸν ἔνδοθεν αὐτῆς ὑμένα γιγνομένη φλεγμονὴ, καὶ μὲν δὴ καὶ ὅσα κατά τινα τῶν ἠθμοειδῶν ὀστῶν ἤτοι τὰς ταύτῃ μήνιγγας, ἢ αὐτὰς τῶν ὀστῶν τὰς διατρήσεις ἐμφράττει, καὶ ταυτὶ βλάπτει τὴν ὀσφρητικὴν αἴσθησιν· ἔτι δὲ ἂν μᾶλλον, εἰ κατὰ τὰς ἀποφύσεις γένοιτο τοῦ ἐγκεφάλου τὰς εἰς ταῦτα τὰ μόρια καθηκούσας. ἐν μέν τοι κατάῤῥοις τε καὶ κορύζαις καὶ ὅλως ἐν ὅσοις ὑπ' ἐκκαύσεως ἢ ψύξεως ἢ ὑγρότητος ἐπληρώθησαν αἱ ἐμπρόσθιαι κοιλίαι τοῦ ἐγκεφάλου, οὐ μόνον ἐμφράξις γίγνεται τῶν ἐνταῦθα χωρίων, ἀλλὰ καὶ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὰς κοιλίας, ἔτι τε τοῦ περιέχοντος ἐγκεφάλου δυσκρασία τις ἕπεται. καὶ μὲν δὴ καὶ θλίψεις καὶ διαιρέσεις ἀξιόλογοι τῶν εἰρημένων μορίων αὐτοῦ δυσαισθησίας τε καὶ ἀναισθησίας ἐργάζονται τῶν ὀσμῶν. ἡ δὲ οἷον παρατυπωτικὴ τε καὶ πλημμελὴς αἴσθησις ἐνταῦθα γίγνεται διὰ κακοχυμίαν τινὰ ἐγχώριον, ἥτις ἀτμίζουσα δυσῶδες ἐπιθολοῖ τοὺς ἀναφερομένους ἐπὶ τὴν ὀσφρητικὴν δύναμιν ἀτμοὺς ἀπὸ τῶν πλησιαζόντων σωμάτων, ὅμοιόν τε σύμπτωμα τοῦτο κατὰ τήνδε συμ-

et fi qua in interna ejus membrana fiat phlegmone, quin etiam quaecunque in aliqua parte offium colatoriorum, aut etiam in cerebri involucris, aut ipfis offium foraminibus obftruunt, haec quoque odorandi fenfum laedunt; atque hoc magis fi in proceffibus cerebri, qui ad has perveniunt particulas, fiant. At in catarrhis, et coryzis, et denique iis quibus ab aeftu, frigore, vel humore oppleti priores cerebri ventriculi funt, non locorum modo qui iftic habentur obftructio fit, fed etiam tum fpiritui ipfi, qui in ventriculis eft, tum cerebro, quod hos continet, intemperies quaedam accidit. Jam compreffiones et fectiones notabiles cujusvis dictarum partium odorum fenfum tum difficilem tum deperditum efficiunt. Depravatus vero fenfus hic fit propter vitiofum aliquem qui illic continetur humorem, qui mali odoris aliquid exhalans, afcendentes ab admotis corporibus ad odoratricem facultatem halitus obturbat: taleque eft in

πίπτει τὴν δύναμιν, οἷόν τι καὶ κατὰ τὴν γευστικὴν ἐν ἰκτέροις ἐῤῥέθη συμβαίνειν.

Κεφ. ε΄. [51] Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἐν τοῖς ἰδίοις μέρεσι τοῦ ζώου γιγνομένων αἰσθήσεων αὐτάρκως εἴρηται, περὶ τῆς ἐν ἅπασι τοῖς ὁπωσοῦν αἰσθανομένοις κοινῆς ἤδη λέγωμεν, ἣν ὀνομάζουσιν ἁφήν. ἔστι δὲ δήπου καὶ ταύτης ἀνάλογον μὲν ταῖς ἄλλαις τὰ συμπτώματα· κέχρηται δὲ οὐκ ἰδίαις, ἀλλὰ κοιναῖς ταῖς προσηγορίαις, ὥσπερ καὶ τῶν εἰρημένων ἔνιαί τινες· οὔτε γὰρ ἐπὶ τῆς γευστικῆς, οὔτ᾽ ἐπὶ τῆς ὀσφρητικῆς δυνάμεως ἔχομεν ὄνομα τοιοῦτον, οἷον ἐπὶ μὲν τῆς ὀπτικῆς ἀμβλυωπίας τε καὶ τυφλότητας καὶ παροράσεις τινάς· ἐπὶ δὲ τῆς ἀκουστικῆς, βαρυηκοΐας τε καὶ κωφότητας, ἔτι τε παρακούσεις, ἢ παρακοὰς, ἢ παρακούσματα, διαφέρει γὰρ οὐδὲν εἴς γε τὰ παρόντα χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν ὅπως ἂν θέλῃ τις. τὸ μέν τοι τῆς αἱμωδίας ὄνομά τε καὶ σύμπτωμα τῆς ἁπτικῆς δυνάμεως ἐξαίρετον ὑπάρχει. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐν τῷ στόματί τε καὶ κατὰ τοὺς ὀδόντας μάλιστα συμπίπτειν εἴωθεν ἐπ᾽ ὀξέσι τε καὶ στρυφνοῖς ἐδέσμασιν· ἡ νάρκη δὲ καὶ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα καὶ μάλιστα κατὰ

hac facultate hoc ſymptoma, quale arquatis in guſtatrice accidere eſt dictum.

Cap. V. Quandoquidem de ſenſibus, qui in propriis ſibi animalis partibus obeuntur, abunde dictum eſt, de ſenſu omnibus quomodocunque ſentientibus communi (quem tactum vocitant) jam agamus. Sunt utique hujus quoque ad aliorum proportionem ſymptomata. Utitur autem is non propriis appellationibus, ſed communibus, ſicut etiam praedictorum nonnulli. Neque enim in guſtatrice, neque in odoratrice ejusmodi nomina habemus, qualia ſunt in viſitrice hebetatio, caecitas et hallucinatio; in auditrice vero gravitas auditus et ſurditas et obauditio ſive obauditus, nihil enim in praesentia intereſt, quibusnam quivis pro arbitrio utatur nominibus. At dentium ſtuporis tum nomen, tum ſymptoma unius tactricis eſt inſigne facultatis; verum hoc tam in ore, quam in dentibus poſt acidos et acerbos cibos accidere maxime conſuevit. Torpor vero, qui ex tam motus quam

τὰ κῶλα, σύνθετος ἐκ δυσαισθησίας τε καὶ δυσκινησίας ὑπάρχουσα, φαίνεται προφανῶς μὲν ἐπὶ ψύξεσι καὶ θλίψεσι νευρωδῶν σωμάτων γιγνομένη, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τῆς νάρκης τοῦ θαλαττίου ζώου ψαυσάντων· αὐτομάτως δ' εἰ συμβαίη μηδενὸς αἰτίου τοιούτου προσγινομένου, βίος ἀργὸς καὶ πλῆθος ἐδεσμάτων ἤτοι παχέων ἢ γλίσχρων, ἤ τις ἐποχὴ συνήθων κενώσεων προηγεῖται ἐξ ἀνάγκης. τὸ μὲν οὖν συνέχον αἴτιον ἢ συνεκτικὸν ἢ προσεχὲς ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ, τοιαύτη τίς ἐστιν ἐν τῷ νεύρῳ ἡ διάθεσις, ὡς ἐμποδίζεσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπιπεμπομένην αὐτῷ δύναμιν. ἐμποδίζεται δὲ, εἰ μὲν ἔχοι τινὰ πόρον τὸ νεῦρον, ὥσπερ ἐναργῶς ὁρᾶται τὰ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντα δι' ἔμφραξιν ἢ θλίψιν· εἰ δ' οὐκ ἔχει, διὰ πίλησιν ἢ ψύξιν ἢ θλίψιν. ὅτι μὲν οὖν, εἴπερ ἔχει τινὰ πόρον οἷον ὁδὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς διὰ τοῦ νεύρου τεταμένην ἡ ψυχικὴ δύναμις, ἐμφραχθείσης ταύτης ἐμποδισθήσεται, πρόδηλον παντί· καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς θλιβέντος ἔξωθεν τοῦ νεύρου στενοχωρία τις ἕπεται κατὰ

ſenſus difficultate eſt compoſitus, in toto corpore et maxime in artubus manifeſte videtur a frigore et compreſſione nervoſorum corporum incidere; ad haec etiam a torpedinis marinae contactu. Si autem ſua ſponte nulla tali cauſa antecedente accidat, omnino vita deſes, et ciborum vel craſſorum vel lentorum abundantia, vel conſuetae alicujus vacuationis ſuppreſſio neceſſario praeceſſit. Igitur continens quidem cauſa ſive conjuncta ſive proxima, ſive quomodocunque quispiam voluerit appellare, talis eſt quidam nervi affectus, ut a principe ad ipſum facultas tranſmitti prohibeatur. Porro prohibetur, ſi meatum aliquem nervus habeat (qualem qui ad oculos deſcendunt manifeſte habere cernuntur) vel ob obſtructionem, vel compreſſionem; ſi autem non habeat, ob conſtipationem, vel frigus, vel compreſſionem. Atque quod animalis quidem facultas, ſi meatum aliquem tanquam viam a cerebro per nervum porrectam habeat, hoc obſtructo impedietur, cuivis patet. Quin etiam quod compreſſo extrinſecus nervo anguſtia quaedam meatus ſe-

Ed. Chart. VII. [51.] Ed. Baf. III. (222.)

τὸν πόρον, οὐδὲ τοῦτο ἄδηλον· ὅτι δὲ καὶ εἰ μηδεὶς εἴη πόρος, ἀλλ' ὥσπερ δι' ὕδατος ἢ ἀέρος αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου διεξέρχονται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς δύναμις αὐτὸ τὸ σῶμα τῶν νεύρων εἰ διέρχοιτο, παρεμποδισθήσεται κατὰ τὴν δίοδον ἐπὶ τὸ παχυμερέστερον ἀλλοιωθέντων αὐτῶν, οὐδὲ τοῦτο δοκεῖ μοι δεῖσθαι μακρῶν πίστεων ἀναμνησθέντι τῶν περί τε τὸ ὕδωρ καὶ τὸν ἀέρα συμβαινόντων. ὁμίχλη μὲν γὰρ καὶ καπνὸς καὶ νέφος ἐν ἀέρι συνιστάμενα, βόρβορος δὲ καὶ ἰλὺς ἐν ὕδατι, παραποδίζουσί τε καὶ κωλύουσιν εἰλικρινῆ φέρεσθαι πρόσω τὴν ἡλιακὴν αὐγήν· οὕτως οὖν καὶ τὸ νεῦρον εἰ παχυμερέστερόν τε καὶ σκληρότερον ἑαυτοῦ γίγνοιτο, παραβλάψει τι τὴν φορὰν αὐτῆς τῆς δυνάμεως. ἔσται δὲ δή που παχυμερὲς, ἤτοι γλίσχροις τε καὶ παχέσι τρεφόμενον χυμοῖς, ἢ ψύξει βιαίᾳ πιληθέν. εἰ δὲ δὴ καὶ θλίβοιτο πρός τινος ἔξωθεν ὁμιλοῦντος αὐτῷ σκληροῦ σώματος, οὐδ' οὕτως ἀκώλυτον παρέξει τὴν φορὰν τῇ δυνάμει. ταῦτ' ἄρα καὶ ὅσα βρόχοις ἢ χερσὶ διαλαμβάνεται νεῦρα, καὶ ὅσα πρός τινος ἔξωθεν ἤτοι φλεγμαίνοντος ἢ σκιῤῥουμένου θλίβεται,

quatur, neque id abditum. Quod fi nullus fuerit meatus, fed ut per aquam vel aërem folis radii tranfeunt, eodem modo a principio fi facultas per ipfum corpus nervorum permeaverit, quum hi ad craffiorem confiftentiam funt mutati, tranfitus impedietur, nec id mihi longioribus probationibus egere videtur, recordanti praefertim ea, quae in aqua et aëre eveniunt. Quippe nebula et fumus et nubes in aëre conftituta; in aqua lutum et limus folis fplendorem ulterius fincerum procedere impediunt ac prohibent. Sic igitur et nervus, fi craffior et durior quam pro fua natura fit redditus, facultatis ipfius delationem oblaedet. Sane craffior erit, fi vel glutinofis, vel craffis alatur fuccis, vel violento frigore fit ftipatus. Si autem a duro aliquo corpore illi extrinfecus occurfante comprimatur, ne fic quidem liberum facultati tranfitum praebebit. Proinde qui nervi laqueis vel manibus conftringuntur, et qui extrinfecus ab alicujus partis vicinae phlegmone vel fcirrho comprimuntur, et qui aut

[52] καὶ ὅσα διακινηθέντων ὀστῶν ἐν ἐξαρθρήμασιν ἢ κατάγμασι στενοχωρεῖται, ναρκώδη μὲν τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ παντάπασιν ἀναίσθητά τε καὶ ἀκίνητα γίγνεται. καὶ καλεῖται μὲν ἡ τοιαύτη κάκωσις αὐτῶν παράλυσις· ἐν ταὐτῷ δὲ γένει οὖσα τῇ νάρκῃ, τῷ μεγέθει διαλλάττει. καὶ εἰ κατὰ πάντα συμβαίη τὰ νεῦρα, παραχρῆμα μὲν ἀναίσθητόν τε καὶ ἀκίνητον ἐργάζεται τὸ σύμπαν σῶμα, θάνατον δὲ ὀξὺν ἐπιφέρει στερήσει τῆς ἀναπνοῆς. εἰ μὲν οὖν ἡ ἀρχὴ τοῦ νωτιαίου βλαβείη, τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν μορίοις αἰσθά(223)νονταί τε καὶ κινοῦνται μόνοις, ἄχρι περ ἂν ζῶσιν· εἰ δὲ καὶ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἡ βλάβη συμπέσοι, πάντων παραχρῆμα τῶν μορίων ἀκρατεῖς καὶ ἀναίσθητοι γίγνονται· ζῶσι δὲ ἑκάτεροι τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἂν ἔζησαν οἱ ἀγχόνῃ συσχεθέντες. ὅσοις δὲ κατωτέρω τῆς ἐκφύσεως τῶν διαστελλόντων τὸν θώρακα νεύρων ἔπαθεν ὁ νωτιαῖος, ἤτοι σπονδύλου τινὸς ἐκστάντος ἢ καὶ ἄλλως, ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις διαθέσεσιν ἀναίσθητοί τε καὶ ἀκίνητοι τὰ κάτω πάντα παραχρῆμα γίγνονται, ναρκώδεις δὲ ἐπὶ ταῖς σμικροτέραις· οὐ μὴν ἀποθνήσκουσιν οὗτοι, διὰ τὸ φυλάττεσθαι τὴν ἀναπνοὴν

luxatis aut fractis offibus anguftiores fiunt, omnes primo quidem torpent, poftea vero omnino fenfum motumque perdunt: vocaturque ejusmodi nervorum vitium paralyfis, *nervorum refolutio*: quae quum in eodem genere cum torpore fit, magnitudine ab eo differt. Ac fi in omnes incidat nervos, ilico totum corpus fenfu motuque privat, ac mortem celerem refpirationis privatione infert. Si igitur fpinalis medullae principium fit laefum, partibus folis capitis, quoad vivunt homines, tum fentiunt tum moventur. Sin et cerebro laefio accidat, ftatim omnibus partibus impotentes infenfibilesque efficiuntur. Vivunt autem utrique tanto tempore, quanto viverent qui praefocatione premerentur. Quibuscunque vero fpinalis medulla infra nervorum thoracem dilatantium exortum eft laefa, five vertebra aliqua luxata, five etiam aliter, in magnis affectibus quidem infenfibiles immobilesque omnibus inferioribus partibus ftatim fiunt, in minoribus torpent ii, non tamen moriuntur, pro-

Ed. Chart. VII. [52.] Ed. Baf. III. (225.)

αὐτοῖς. ἡ μέντοι τῶν χειρῶν αἴσθησις, οἷς μὲν ὁ νωτιαῖος ἔπαθε κατὰ τὸν πέμπτον σπόνδυλον, ἀπόλλυται πᾶσα μετὰ τῆς κινήσεως· οἷς δὲ κατὰ τὸν ἕκτον, οὐ πᾶσα· τὰ γὰρ πρῶτα μέρη τοῦ βραχίονος ἀπαθῆ διαφυλάττεται· πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον, εἰ κατὰ τὸν ἕβδομον σπόνδυλον ὁ νωτιαῖος πάθοι· εἰ δὲ κατὰ ὄγδοον, ὀλίγιστον· εἰ δὲ ὁ μετ᾽ αὐτὸν, οὐδὲ ὅλως ἔτι πάσχουσιν αἱ χεῖρες οὐδέν. ἀπόλλυται μέν τοι ἡ φωνὴ πᾶσιν, οἷς ἂν ὁ ἐν τραχήλῳ πάθοι νωτιαῖος· οὐ μὴν ἐπί γε τοῖς τοῦ νώτου σπονδύλοις ἅπασιν, ἀλλ᾽ ὁπόσον τι καθ᾽ ἕκαστον ἐν τοῖς περὶ φωνῆς διώρισται. νυνὶ γάρ μοι δοκῶ καὶ πλείω τοῦ δέοντος εἰρηκέναι. οὐ γὰρ ἐπελθεῖν ἅπαντα τὰ κατὰ μέρος ἐν τῷδε τῷ γράμματι συμπτώματα προὐθέμην, ἀλλ᾽ εἰς τὰς γενικωτέρας αἰτίας ἀναγαγεῖν. κοινῇ τοίνυν εἰρήσθω μοι κατὰ πάσης βλάβης αἰσθήσεως, ὡς ὑφ᾽ ὧν ἕκαστα χορηγεῖται νεύρων ἐῤῥωμένων, ὑπὸ τούτων βλάπτονται παθόντων. εἰ δέ τις ἑκάστου νεύρου τὴν δύναμιν ἐπίστασθαι ποθεῖ, τῶν μὲν εἰς ἀναπνοὴν συντελούντων

pterea quod respiratio iis illaesa manet. At manuum sensus iis, quibus spinalis medulla circa quintam vertebram est affecta, totus simul cum motu amittitur; quibus autem circa sextam, non totus, quippe primae brachii partes illaesae servantur; jam multo etiam magis, si circa septimam vertebram spinalis medulla male sit affecta. Quod si circa octavam sit affecta, paucissimam; si vero quae post hanc habetur, prorsus nullam laesionem patiuntur manus. Caeterum quibus spinalis medulla in cervice affecta est, iis omnibus vox adimitur, non tamen omnibus dorsi vertebris id accidit. Verum quantum laesionis singulae afferant, in commentariis de voce definitum est; nunc enim mihi videor plura quam pro instituto dixisse; neque enim omnia symptomata particulatim persequi hoc in opere est propositum, sed ea in generaliores causas reducere. Ergo generatim mihi de omni sensus laesione sit dictum, quod a quibus nervis bene valentibus suppeditatam sibi facultatem habent, ab iisdem male affectis laeduntur. Quod si quis cujusque nervi nosse facultatem studet, eos qui ad respirationem condu-

ἐν τοῖς περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς αἰτίων διώρισται· τῶν δὲ εἰς τὰς φωνὰς, ἐν τῇ περὶ φωνῆς πραγματείᾳ λέλεκται. ταῦτα μὲν οὖν ἠκρίβωται πρὸς ἡμῶν ἑτέρωθι. τὰ δὲ τοῖς κατὰ τράχηλόν τε καὶ κεφαλὴν ἐπιγάστριόν τε καὶ χεῖρας καὶ σκέλη χορηγοῦντα νεῦρα καὶ ἄλλοι τινὲς ἔμπροσθεν οὐ φαύλως ἔγραψαν ἡμεῖς τε ἐγράψαμεν ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν. ὁ μὲν οὖν ἐνεστηκὼς λόγος περὶ τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις συμπτωμάτων ἦν. ἐπεὶ δὲ ὅσα μόρια καθ' ὁρμὴν κινεῖται διὰ νεύρου τινὸς, εὐθὺς ταῦτα καὶ τὴν αἴσθησιν ἔχει δι' αὐτοῦ, διττὴν ἀναγκαῖον αὐτοῖς γενέσθαι βλάβην ἐπὶ τῷ τοῦ νεύρου νοσήματι, τὴν μὲν ἑτέραν τῆς αἰσθήσεως, τὴν δὲ ἑτέραν τῆς κινήσεως. πῶς οὖν ἔνια μὲν μόρια παραλελύσθαι δοκεῖ τῆς κινήσεως τῶν καθ' ὁρμὴν ἐνεργειῶν, αἰσθάνεσθαι δέ; καὶ πῶς πάλιν ἕτερα κινεῖσθαι μὲν, οὐκ αἰσθάνεσθαι δέ; κατὰ μὲν δὴ τὴν γλῶτταν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐδὲν ἄπορον, ἐπειδὴ διττὰ νεύρων γένη τούτοις ἐστί· ἐν οἷς δὲ μέλεσι τὰ σκληρὰ μόνον ἐστὶ, διοριστέον ὧδε τὸν λόγον. εἰ μὲν ἀφη-

cunt, in libris de respirationis causis definivimus; eos vero qui ad vocem, in opere de voce explicavimus. Atque hi a nobis alibi accuratius explorati sunt. Qui autem colli, capitis, abdominis, manuum et crurum partibus nervi *facultatem* suppeditant, eos tum alii ante nos non male scriptis prodiderunt tum nos de iis in libris de administrationibus anatomicis scripsimus. Ac propositus quidem nobis sermo erat de sensuum symptomatis. Quoniam autem quae partes per nervum aliquem voluntarie moventur, eaedem protinus sensum quoque per eundem obtinent, duplicem iis laesionem ex nervi morbo necesse est accedere, alteram sensus, alteram motus. Quomodo igitur nonnullae videntur partes ad voluntarias quidem motus functiones resolvi, sentire tamen? Et quomodo rursus aliae moveri quidem, minime autem sentire? Sane in lingua et oculis nulla fit dubitatio, propterea quod haec duplici nervorum genere sunt praedita; at in quibus membris duri tantum nervi sunt, in iis distinguendus sermo ad hunc modum est. Si cute ab-

ρημένου τοῦ δέρματος ὁ ὑποκείμενος μῦς γυμνὸς ὢν ἀκίνητος μὲν φαίνεται, φανόντων [53] δὲ αἰσθάνοιτο, μικρὰν ἡγητέον αὐτῷ συμπεπτωκέναι τὴν βλάβην, ὡς μέρος τοσοῦτον δυνάμεως δέχεσθαι ψυχικῆς, ὅσον αἰσθάνεσθαι μὲν ἱκανόν ἐστιν, κινῆσαι δὲ τὸν μῦν οὐχ ἱκανόν. ἐν γὰρ τῷ πάσχειν μᾶλλον ἤπερ ἐν τῷ ποιεῖν ἐστιν ἡ τῆς ἁφῆς αἴσθησις, ὥστ᾽ ἐγχωρεῖ καὶ δι᾽ ὀλίγης αὐτὴν ἐπιτελεῖσθαι δυνάμεως· ἡ δὲ τῶν μυῶν κίνησις ἐν τῷ ποιεῖν, οὐκ ἐν τῷ πάσχειν, ἔχουσα τὴν ἐνέργειαν (ὅλον γὰρ ὑπὸ ταύτης μεταφέρεται τὸ σῶμα) πολλῆς δεῖται δυνάμεως ψυχικῆς. ἔμπαλιν δὲ οὐκ ἂν εὕροις ποτὲ γεγενημένον ὡς κινεῖσθαι μὲν, ἀναίσθητον δὲ εἶναι τὸν γυμνὸν μῦν. εἰ δὲ τὸ μὲν περικείμενον αὐτῷ δέρμα τὴν αἴσθησιν ἀπολέσειεν, ὁ δὲ μῦς κινοῖτο, θαυμαστὸν οὐδέν· ὥσπερ οὐδὲ εἰ δυοῖν μυοῖν ὁ μὲν εἴη κινούμενος, ὁ δὲ ἀκίνητος· ἢ ὁ μὲν αἰσθανόμενος, ὁ δὲ ἀναίσθητος. ὥσπερ γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων ἐγχωρεῖ τοῦ μὲν ἑτέρου βεβλάφθαι τὸ νεῦρον, ἀβλαβὲς δὲ εἶναι θατέρου, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐνδέχεται τὸ μὲν εἰς τὸ δέρμα διασπειρόμενον βεβλάφθαι, τὸ δὲ εἰς τὸν μῦν μὴ βεβλάφθαι· οὕτω δὲ καὶ τοὐναντίον

lata subjectus ei nudus musculus immobilis appareat, tangentem tamen sentiat, parvam illi noxam accidisse est putandum; nempe quod tantam animalis facultatis partem suscipiat, quanta ad sensus excitationem sufficiat, ad musculum vero movendum non sufficiat. Consistit enim in patiendo magis quam agendo tangendi sensus, itaque etiam parva facultate perfici potest. Musculorum motus, quum agendo, non autem patiendo functionem obeat (totum namque corpus ab hoc transfertur) multa eget animali facultate. Contra vero nunquam deprehendas musculum nudum moveri, ut idem non sentiat. At si superjacens musculo cutis sensum amisit, ipse autem moveatur, nihil est quod mirere; quemadmodum si duorum musculorum alter moveatur, alter moveri non possit; aut altero sentiente, alter sit insensilis. Ut enim in iis alterius laesum nervum, alterius illaesum esse licet, eodem pacto fieri potest ut is nervus qui in cutem dispergitur, laesus sit, qui autem in musculum, minime; sic

ἀβλαβὲς μὲν εἶναι τὸ τοῦ δέρματος νεῦρον, οὐκ ἀβλαβὲς δὲ τὸ τοῦ μυός. περὶ μὲν οὖν τῶν προτεθέντων συμπτωμάτων ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

Κεφ. στ'. Ἥδεσθαι δὲ καὶ ἀλγεῖν ἁπάσαις μὲν ἐγγίγνεται ταῖς αἰσθήσεσιν, οὐχ ὁμοίως δὲ ἐναργῶς, ἀλλ' ἐν μὲν τῇ τῆς ὄψεως ἥκιστα, μάλιστα δὲ ἐν τῇ τῆς ἁφῆς τε καὶ γεύσεως· ἐφεξῆς δὲ τούτων ἐν ὀσφρήσει· καὶ μετὰ ταύτας ἐν ἀκοῇ. τίς οὖν ἥ τε κοινὴ πάντων αἰτία καὶ τίς ἡ καθ' ἕκαστον ἰδία; κοινὴ μὲν, ἥνπερ καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ φησὶ γράφων οὕτως· τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βιαίως γιγνόμενον ἀθρόως ἐν ἡμῖν πάθος, ἀλγεινόν· τὸ δὲ εἰς φύσιν ἀπιὸν αὖ πάλιν ἀθρόον, ἡδύ· τὸ δὲ ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν, ἀναίσθητον. οὕτω μὲν ὁ Πλάτων· ὁ δὲ Ἱπποκράτης ἔτι παλαιότερος ὢν, τοῖς τὴν φύσιν, ἔφη, διαλλαττομένοισι καὶ διαφθειρομένοισιν αἱ ὀδύναι γίγνονται. τὸ μὲν γὰρ διαφθειρομένοισι τάχος τε ἅμα καὶ μέγεθος ἐνδείκνυται τῆς μεταβολῆς. εἰσὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν ἁφὴν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ τῆς φύσεως ὑπὸ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ βιαίας προσβολῆς,

e contrario fit ut illaeso cutis nervo, non illaesus maneat musculi nervus. Ac de propositis symptomatis haec satis.

Cap. VI. Delectatio autem et dolor omnibus sensibus insident, non tamen simili evidentia, sed in visu minima, in tactu autem et gustu maxima; ab iis deinceps in odoratu, et post hunc in auditu. Quaenam igitur est tum omnium communis, tum cujusque causa propria? Sane communis *ea est,* quam Plato in Timaeo profert sic scribens. *Quum affectio praeter naturam, violenter et confertim in nobis fit, dolorem excitat; quae vero rursus ad suam naturam confertim redit, delectationem; quod autem sensim et paulatim fit, sensum non ferit.* Atque ita quidem Plato. Hippocrates vero eo antiquior, *Iis,* inquit, *quibus natura alteratur et corrumpitur, dolores fiunt.* Quippe illud *corrumpitur* celeritatem simul ac magnitudinem mutationis indicat. Sane tactui accidunt magnae mutationes naturae a frigidi calidique violento impetu: et ab iis, quae vel secare

Ed. Chart. VII. [53.] Ed. Baf. III. (223.)

ὅσα τε θλᾷν, ἢ τέμνειν, ἢ διατείνειν, ἢ διαβιβρώσκειν πέφυκε. τὸ γὰρ ὑγρὸν ἢ ξηρὸν ἄνευ τοῦ θερμαίνειν ἢ ψύχειν ἀβίαστον ἔχει τὴν ὁμιλίαν, ὡς ἔνεστί σοι μαθεῖν ἀναλεξαμένῳ τὴν περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείαν, ἔνθα καὶ τὸ ψυχρὸν ἐδείχθη καθ᾽ ἕτερον μὲν τρόπον ἡδον ἢ τὸ θερμὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τῷ διασπᾷν τὴν οὐσίαν ὀδυνηρὸν γίγνεσθαι. φαίνεται δὲ καὶ τὰ θλῶντα καὶ τὰ τείνοντα κίνδυνον τοῦ ῥαγῆναι φέροντα τοῖς σώμασιν ἀλγημάτων αἴτια γίγνεσθαι, καθάπερ γε καὶ τὰ νύττοντα καὶ τὰ τέμνοντα. οὐ γὰρ δὴ μετὰ τὸ τμηθῆναί τε καὶ ῥαγῆναι τὴν ὀδύνην ἐπιφέρει, ἀλλ᾽ ἐν τῷ γίγνεσθαι τὰ τοιαῦτα πάντα πόνων αἴτια καθίσταται, πλὴν εἰ μὴ κατά τι συμβεβηκὸς ἀκολουθήσειε τοῖς οὕτω παθοῦσιν ὀδύνη, ποτὲ μὲν ὑγρῶν δριμέων δακνόντων τὸ ἡλκωμένον σῶμα, ποτὲ δὲ φλεγμονῆς ἐπιγενομένης, ἥ τις καὶ αὐτὴ διαπαντὸς μὲν τῷ διατείνειν ὀδυνᾷ, πολλάκις δὲ καὶ διὰ τὴν θερμασίαν ἢ διὰ τὴν τῶν ὑγρῶν δριμύτητα. διασπᾶται δὲ καὶ τὸ τῆς γεύσεως ὄργανον, ᾗ μὲν τῆς ἁφῆς μετέσχηκεν, ὑπὸ τῶν εἰρημένων, ᾗ δὲ καὶ τῆς γεύσεώς ἐστιν ἴδιον,

vel diſtendere vel erodere poſſunt. Nam humor et ſiccitas citra calorem vel frigus minime violentum contactum habent, ut qui opus de ſimplicibus medicamentis perlegerit, facile diſcet. Ubi demonſtratum eſt frigidum alia ratione oblectationem inducere, quam calidum, quin etiam ipſum quod ſubſtantiam divellat, dolorem concitare. Videntur autem et quae contundunt et quae tendunt, dum rupturae corporibus periculum afferunt, dolorum cauſae eſſe; quemadmodum et quae pungunt et quae ſecant. Non enim certe et ſectio et ruptura poſtquam facta eſt dolorem infert; ſed dum fiunt hujusmodi omnia, dolorum cauſae conſtituuntur, niſi tamen ex accidente aliquo ſic affectos dolor ſequatur, alias quidem acri humore exulceratum corpus mordente, alias phlegmone ſuperveniente, quae ipſa quoque nunquam non diſtendendo dolorem efficit, multoties vero etiam caloris injuria vel humorum acrimonia. Divellitur autem et guſtus organum, quatenus utique tactus eſt particeps, a jam dictis cauſis; quatenus vero guſtus eſt proprium, ab acidis,

Ed. Chart. VII. [54.] Ed. Bas. III. (223. 224.)

[54] ὑπό τε τῶν ὀξέων καὶ πικρῶν καὶ στρυφνῶν καὶ δριμέων, ὅτι καὶ τούτων ἕκαστον, ὡς ἀποδέδεικται, διαιρεῖ τὸ συνεχές. ἀνιαροὶ δέ εἰσι καὶ κατὰ τὴν ὄσφρησιν οἱ τῶν εἰρημένων χυμῶν ἀποῤῥέοντες ἀτμοὶ, διότι καὶ οὗτοι διασπῶσι τὸ συνεχές. ἐν ἀκοῇ δὲ ἥ τε τραχεῖα καὶ ἡ μεγίστη καὶ ἡ ταχίστη φωνὴ, ὧν καὶ συνελθουσῶν εἰς ταὐτὸν ἐν ταῖς φοβερωτάταις βρονταῖς, ἀνάπηροι παντάπασιν ἔνιοι τὴν ἀκουστικὴν αἴσθησιν ἐγένοντο τῷ διασπασθῆναι τῇ βίᾳ τοῦ ψόφου τὸ ὄργανον αὐτῆς. καὶ μέντοι γε καὶ τὴν ὄψιν αἱ λαμπρόταται τῶν αὐγῶν ἀνιῶσί τε ἅμα καὶ διαφθείρουσι τῷ διακρίνειν ἐπὶ πλεῖστον. ἔστι δὲ δήπου καὶ τὸ διακρίνειν ἐκ τοῦ τῶν διαιρούντων γένους, καὶ φαίνεται κοινὸν ἐν ἁπάσαις ταῖς αἰσθήσεσι τὸ ἀνιαρὸν πάθος, ἐκ διακρίσεώς τε καὶ διαιρέσεως τοῦ συνεχοῦς καὶ ἡνωμένου σώματος ἀποτελούμενον, ἐπειδὰν (224) ἀθρόως συμπίπτῃ. καλῶ δὲ ἀθρόως τὸ κατὰ τὰ μεγάλα ἅμα καὶ ταχέως. τοῦτο δὲ δήπου καὶ ὁ Πλάτων ἐβούλετο, σύνθετον ἐκ βιαίου τε ἅμα καὶ ἀθρόου παθήματος ἐγγινομένου τοῖς αἰσθητικοῖς σώμασι τὴν ἀνιαρὰν αἴσθησιν ἀποτελεῖσθαι φάσκων. οὐδὲν γὰρ διοίσει λέγειν ἀνιαρὰν ἢ

amaris, acerbis et acribus, quod haec singula, ficut demonftratum eft, continuum dividant. Infeftant vero et olfactum qui a jam dictis *humoribus* exhalant halitus, quod hi quoque continuum divellant. Auditum vero vox afpera et maxima et celerrima; quibus etiam in magnis tonitruis in idem coeuntibus, aliqui auditus fenfu omnino funt privati, ipfius inftrumento foni violentia divulfo. Jam vero ipfum vifum maximi fplendores nimia fecretione non infeftant modo, fed etiam corrumpunt. Eft autem ipfa quoque fecretio ex dividentium genere; videturque omnibus fenfibus commune infeftam affectionem ex fecretione ac divifione continui unitique corporis excitari, quum affatim accidit, affatim autem voco quod vehementer fimul ac celeriter. Hoc quoque Plato volebat, quum diceret moleftum fenfum fieri violento fimul et conferto pathemate, quum fenfu praeditis corporibus incideret. Neque enim refert vel moleftum

λυπηρὰν ἢ ἀλγεινὴν ἢ ὀδυνηρὰν ἢ ἐπίπονον αἴσθησιν· ὥσπερ οὐδὲ αὐτὸ τὸ πάθος, ἀνίαν ἢ λύπην ἢ ὀδύνην ἢ πόνον ἢ ἀλγηδόνα. δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων ὁμοτίμως χρώμενος ἐπὶ ταὐτοῦ πράγματος ἅπασι τοῖς εἰρημένοις ὀνόμασιν ἔν τε Τιμαίῳ καὶ Φιλήβῳ καὶ καθ' ὅ τι ἂν ἕτερον αὐτῷ σύγγραμμα περὶ τῶν αὐτῶν ὁ λόγος ἦν. ὅτι δὲ καὶ ἡ Ἱπποκράτους δόξα τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας ἔν τε τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς πράγμασιν, εὔδηλον ἔκ τε τῶν ἔμπροσθεν ὀλίγον εἰρημένων καὶ τῶν ἐν ἅπασι τοῖς βιβλίοις αὐτοῦ γεγραμμένων. οὕτω μὲν δὴ πᾶν πάθος λυπηρὸν ἐν ἁπάσαις γίγνεται ταῖς αἰσθήσεσι· τὸ δ' ἐναντίον αὐτῷ τὸ ἡδὺ διὰ τὴν ἐναντίαν αἰτίαν. τοῦ γὰρ κινδυνεύοντος διασπασθῆναι ἡ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδος ἀθρόα τὴν ἡδονὴν ἀπεργάζεται. διὰ τοῦτο τοῖς ὀφθαλμοῖς ἥδιστον θέαμα τὸ κυανοῦν, ὥσπερ ὀδυνηρότατον τό τε λαμπρὸν ἅμα καὶ λευκὸν, οἷον ὁ ἥλιος. ἐφεξῆς δὲ τούτων ἐν μὲν τοῖς λυποῦσι τὸ λευκὸν, ἐν δὲ τοῖς ἥδουσι τὸ φαιόν. τὸ μὲν γὰρ τῷ διακρίνειν τε ἅμα καὶ

vel triſtem vel dolentem vel dolorificum vel laborioſum ſenſum appellare, ut neque pathema ipſum, moleſtiam vel triſtitiam vel dolorem vel dolentiam vel laborem. Atque perſpicuum eſt, Platonem ipſum pro eadem re dictis nominibus omnibus promiſcue uſum et in Timaeo et in Philebo, praeterea et in aliis libris ſicubi de ipſis ſermo inciderit. Quod autem et Hippocratis opinio ejusdem ſit tum in nominibus ipſis tum rebus ſententiae, et ex paulo ante dictis et ex iis quae in omnibus ſuis libris conſcripta reliquit, manifeſtum eſt. Sic profecto in omnibus ſenſibus moleſtum pathema evenit; jucundum vero illi contrarium contrariis ex cauſis: confertus enim corporis divelli periclitantis ad eum, qui ſecundum naturam eſt, ſtatum reditus voluptatem efficit. Idcirco jucundiſſimum oculis ſpectaculum caeruleum eſt, ſicut moleſtiſſimum, quod ſplendidum ſimulque album eſt, quemadmodum ſol. Proxima his inter ea quae moleſta ſunt, album; inter ea quae delectant, fuſcum: illud quidem quod ſubſtantiam ejus ſegreget ſimul ac diſſolvat, hoc quod citra violentiam congreget. Neque enim profecto ſola congrega-

Ed. Chart. VII. [54.] Ed. Bas. III. (124.)

διαλύειν τὴν οὐσίαν αὐτῆς, τὸ δὲ τῷ ἀβιάστως συνάγειν. οὐ γάρ δή που τὸ συνάγειν γε μόνον ἱκανὸν καὶ αὔταρκες· οὕτω γὰρ ἂν ἦν που καὶ τὸ μέλαν ἡδὺ, νῦν δ' οὐκ ἔστιν· ἐναντίον γὰρ ὑπάρχον τῇ τῆς ὄψεως οὐσίᾳ συνάγει βιαιότερον αὐτὴν, ἢ ὡς εἰς τὴν φύσιν ἐπανάγειν. ἧττον δέ ἐστι τὸ μελάντατον τοῦ λαμπροτάτου ἀνιαρὸν, οὐχ ὅτι τὸ ἐναντίον ἧττον λυπεῖ τῆς κατὰ τὸ συγγενὲς ἀμετρίας, (κατὰ τοῦτο μὲν γὰρ μᾶλλον ἀνιαρὸν ἦν τοῦ λαμπροτάτου τὸ μέλαν) ἀλλ' ὅτι τὸ μὲν τῆς ὄψεως ὄργανον αὐγοειδὲς, αὐγὴ δὲ πᾶσα λεπτομερὴς οὐσία· τὸ δὲ μέλαν ἀεὶ παχυμερές· ἀεὶ δ' ἐν τῇ φύσει δραστικώτερόν ἐστι τὸ λεπτομερὲς τοῦ παχυμεροῦς. ὅταν μὲν οὖν εἰς ταὐτὸν ἀλλήλοις ἥκῃ τὸ λεπτομερὲς καὶ παχυμερὲς, ἧττον εἰς τὸ λεπτομερὲς ἐνεργεῖ τὸ παχυμερὲς, εἴπερ μᾶλλον πάσχειν ὑπ' ἐκείνου πέφυκεν. οὕτως οὖν καὶ ὁ ἥλιος ἀνιᾷ τὴν ὄψιν, ὅτι λεπτομερέστερος ὢν ἑτοίμως αὐτὴν διακρίνει. τῇ μὲν οὖν οἰκειότητι τῆς οὐσίας ἧττόν ἐστι τῶν ἐναντίων ἀνιαρὸς, τῷ δὲ ἰσχυρῷ τῆς ἐνεργείας βιαιότερος ὑπάρχων, ταύτῃ καὶ τὸ τάχος ἴσχει τῆς εἰς τὴν ὄψιν βλάβης.

gatio sufficit ac satis est; nam sic nigrum quoque jucundum esset, nunc autem non est; quum enim visionis substantiae sit contrarium, violentius eam cogit, quam ut eam ad naturam reducat. At nigerrimum splendidissimo minus infestat, non quod contrarium minus sit molestum, quam excessus, qui est in genere cognato, (hac enim ratione molestius esset nigrum splendidissimo) sed quod visus organum sit radiosum, radius autem omnis tenuium partium, nigrum vero semper crassarum. Natura autem perpetuo res tenuium partium in agendo efficacior est, quam quae crassarum est. Quum itaque in idem vicissim pervenerint quod tenuium est partium et quod crassarum, minus agit crassum in tenue, siquidem id a tenui potius pati natum est. Ita igitur et sol visum laedit, quod quum tenuioris sit substantiae, facile eum segreget; ac familiaritate quidem substantiae minus molestus est, quam quae sunt contraria; sed quod actionis vehementia sit violentior, hoc ipso celeritatem quoque laesionis in

Ed. Chart. VII. [54. 55.] Ed. Bas. III. (224.)

ὃ γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ πρὸς τῆς ἡλιακῆς αὐγῆς ἡ ὄψις ἡμῶν πάσχει, τοῦτο ἐν παμπόλλῳ, μηδ᾽ ὅλως αὐγὴν θεασαμένη μηδεμίαν, [55] ἀλλ᾽ ἐν βαθεῖ σκότῳ διαιτηθεῖσα· καὶ γὰρ καὶ αὕτη πρὸς τὸ φῶς ἀναχθεῖσα βλέπειν οὐ δύναται, τῷ κατεσβέσθαι τρόπον τινὰ καὶ πεπαχύνθαι καὶ σκοτώδης γεγονέναι. ἥδιστόν γε οὖν εἰκότως ἐστὶ καὶ ὠφελιμώτατον ὄψει τὸ κυανοῦν χρῶμα, πλὴν τῆς ὑφ᾽ ἡλίου διαπεφορημένης. ἐκείνῃ μὲν γὰρ, ὡς ἂν ἤδη νοσούσῃ, τὸ ἐναντίον ἴαμα· τῇ δὲ ὑγιαινούσῃ μὲν, κεκμηκυίᾳ δὲ, τὸ κυανοῦν ἢ τὸ φαιὸν ὑγιεινότατον θέαμα, μήτε διακρῖνον αὐτὸν ὡς τὸ λευκόν τε καὶ λαμπρὸν, ἀλλὰ μήτε συνάγον καὶ σβεννῦον, ὡς τὸ μέλαν. τὸ μὲν οὖν φαιὸν ἐκ λευκοῦ τε ἅμα καὶ μέλανος κραθέντων γίγνεται· τὸ κυανοῦν δὲ, λευκοῦ καὶ λαμπροῦ συνελθόντων, καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσόντων. οὕτω γὰρ ἡμᾶς καὶ ὁ Πλάτων ὑπὲρ ἀμφοῖν ἐδίδαξεν. ὥστ᾽ ἐκ τῶν ἐναντίων τε καὶ ἄκρων κραθέντων ἔμμεσά τε καὶ σύμμετρα γίγνεται ταυτὶ τὰ χρώματα, τήν θ᾽ ὑπερβολὴν ἑκατέραν ἐκφυγόντα, καθ᾽ ἣν ἡ ὄψις ἐβλάπτετο, καὶ τοὺς μετρίους αὐτῆς ἐπανορθούμενα

visum obtinet. Quod enim in minimo tempore visus noster a solis splendore patitur, id in plurimo ubi omnino nullum splendorem vidit, sed in profundis tenebris est versatus; quippe is quoque ad lucem reductus videre non potest, quod extinctus ad quendam modum crassusque sit redditus ac tenebrosus. Jucundissimus igitur merito gratissimusque caeruleus color visui est, si tamen is a sole non est discussus. Huic enim quod jam aegrotet, contrarium remedium est: at ei, qui sanus quidem est, sed fatigatus, caeruleum aut fuscum saluberrimum est spectaculum, quod nec eum segregat, ut tum album tum splendidum, sed nec cogit et extinguit, ut nigrum. At fuscum quidem ex albo et nigro simul mixtis efficitur; caeruleum vero ex albo ac splendido tum coeuntibus tum in saturum nigrum incidentibus; sic enim Plato nos de ambobus docuit. Ergo hi colores ex contrariis extremisque mixtis medii ac moderati nascuntur, qui et excessum utrumque, quo visus laeditur, declinant, et moderatas ipsius fatigationes emendant; quemadmodum morbos

καμάτους, ὥσπερ τὰς ἐπὶ τῇ διακρίσει νόσους τὸ μέλαν. τὸ δ' ἐναργὲς τῆς ἡδονῆς τῆς ἀπ' αὐτῶν οὐχ ὅμοιόν ἐστι τῇ κατὰ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις, ὅτι μηδὲ τὸ τῆς ὀδύνης ἴσον ὑπῆρχεν. ἡ γὰρ λεπτομέρεια τῆς ὄψεως οὔτ' ἐν τῷ διακρίνεσθαι βίαιόν τι πάσχει, διὰ τὴν οἰκειότητα τῆς οὐσίας (ἐφ' ὃ γὰρ ἄγεται, φθάνουσα σπεύδει καὶ καθ' ἑαυτὴν) οὔτ' ἐν τῷ συγκρίνεσθαι, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς μεταβολῆς. ἐδείχθη γὰρ ἀσθενῶς συναγόμενον ὑπὸ τοῦ παχυμεροῦς τὸ λεπτομερές. οὕτω μὲν ἔχει τὰ κατὰ τὴν ὄψιν ἡδονῆς τε καὶ λύπης. ἐπὶ δὲ τῆς ἀκοῆς ἡδίστη μὲν ἡ λειοτάτη καὶ ἡ βραδυτάτη φωνὴ, διότι καὶ ἡ τραχυτάτη καὶ ταχίστη λυπηροτάτη. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑγιαινούσης ἀκριβῶς τῆς αἰσθήσεως ἡδέα τε καὶ λυπηρά· κεκμηκυίας δὲ, πρὸς τῇ λείᾳ τε καὶ βραδείᾳ, καὶ ἡ σμικρὰ προσφιλής· νοσούσης δὲ, ἡ λειοτάτη τε ἅμα καὶ βραδυτάτη καὶ σμικροτάτη, καὶ ταύτης ἔτι μᾶλλον ἡ εὔρυθμος. ἡ γὰρ παντελὴς ἡσυχία ἀνάλογον ἔχει τι τοῦτο τῷ σκότει τῷ κατὰ τὴν ὄψιν, ὅθεν καὶ ζήτησιν ἔσχεν, εἴτ' ἐναντίον τῷ φωτὶ τὸ σκότος ἐστὶν, εἴτε στέρησις· ὥσπερ

ex ſegregatione provenientes nigrum. Verum voluptas ab iis orta non peraeque manifeſta eſt, ac ea quae in aliis ſenſibus, quod neque dolor par extiterit. Nam partium tenuitas viſus, neque dum ſegregatur, propter ſubſtantiae familiaritatem violentum aliquid patitur (illuc enim, quo ducitur, ipſa per ſe properat) neque dum congregatur, propter mutationis imbecillitatem. Demonſtratum enim eſt tenue a craſſo debiliter cogi. Atque ita quidem in viſu ſe habent voluptas et dolor. In auditu vero jucundiſſima vox eſt, quae leniſſima tardiſſimaque eſt; ideo moleſtiſſima eſt tum aſperrima tum celerrima. Verum haec integre ſano ſenſui jucundae moleſtaeque ſunt; fatigato vero amica, praeter lenem et tardam, etiam exigua; aegrotanti, ſimul et leniſſima et tardiſſima et maxime exilis; atque hac etiam magis, quae numeroſa eſt; abſolutum enim ſilentium ſimile quid in auditu eſt atque in viſu tenebrae, unde etiam in quaeſtionem venit, num contrariae lumini ſint tenebrae, an ejus privatio, quemadmodum vocis, ſilentium; et motus, quies Vo-

Ed. Chart. VII. [55.] Ed. Bas. III. (224.)

φωνῆς μὲν ἡσυχία, κινήσεως δὲ ἠρεμία. τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς ἐναργέστερον ἐνταῦθα, διότι καὶ τὸ τῆς οὐσίας παχυμερέστερον. ἔτι δὲ ἐναργέστερον ἐν τῇ τῆς ὀσφρήσεως αἰσθήσει τὸ τερπνὸν, ὅτι καὶ ἡ οὐσία παχυμερεστέρα. εἰς ὅσον γὰρ ἀὴρ αὐγῆς παχύτερος, εἰς τοσοῦτον ἀέρος ἀτμός. ἔστι δὲ αὐγῆς μὲν, ἡ τῆς ὄψεως αἴσθησις· ἀέρος δὲ, ἡ τῆς ἀκοῆς· ἀτμοῦ δὲ, ἡ τῆς ὀσφρήσεως· ὥσπέρ γε καὶ ἡ μὲν τῆς γεύσεως, ὑγρᾶς φύσεως· ἡ δὲ ἁφῆς, στερεοῦ σώματος. ἐπεὶ δὲ ὁμογενής ἐστιν ἡ τῆς ὀσφρήσεως αἴσθησις τῇ τῆς γεύσεως, ἑνὶ μόνῳ διαφέρουσα τῷ λεπτομερεστέρῳ τῆς οὐσίας, (ὁ γὰρ ἀτμὸς ὑγρόν ἐστι λελεπτυσμένον) ὑπὲρ ἀμφοῖν ἅμα ῥηθήσεται, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς γεύσεως ποιησαμένοις, ἕνεκα σαφηνείας. ἥδιστοι τοίνυν εἰσὶ ταύτῃ χυμοὶ, κατὰ φύσιν μὲν ἐχούσῃ πάντες οἱ γλυκεῖς καὶ λιπαροὶ, οὗτοι γὰρ πάντες ἐδείχθησαν οἰκειότατοι τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ· κεκακωμένῃ δ' ἔναγχος ὑπό τινος τῶν ἀνιώντων αὐτὴν, οἱ λιπαροί· μάλιστα γὰρ οὗτοι τὸ τετραχυσμένον ἐκλεαίνουσι· νοσούσῃ δὲ, οἱ ἐναντίοι τοῖς νοσάζουσι, τοῖς μὲν παχέσιν οἱ λεπτύνοντες, τοῖς δὲ λεπτοῖς οἱ παχύνοντες, τοῖς δὲ γλίσχροις οἱ τέμνοντες, τοῖς δὲ τραχύνου-

luptas autem evidentior in hoc sensu est, propterea quod substantia est crassiore; at in odoratu adhuc manifestior delectatio, quod ejus substantia sit magis crassa; quantum enim aër splendore est crassior, tantum aëre crassior est halitus. Est vero splendoris quidem sensus visus, aëris vero auditus, halitus odoratus, quemadmodum humidae naturae gustus, et solidi corporis tactus. Quum autem odoratus et gustus sensus sint congeneres, sola substantiae tenuitate dissidentes, (est enim halitus humor attenuatus) de ambobus simul disseremus, a gustu perspicuitatis gratia ducto exordio. Jucundissimi igitur huic secundum naturam se habenti sunt sapores omnes dulces et pingues; hi namque omnes demonstrati sunt corporis substantiae maxime esse familiares: vitiato autem recenter ab aliqua causa infestante, pingues; hi namque partem exasperatam maxime leniunt: aegrotanti vero, succi contrarii causis morborum efficientibus; crassis quidem, attenuantes; tenuibus, incrassantes; glutinosis, incidentes;

σιν οἱ ἐκλεαίνοντες, οὕτω δὲ καὶ τοῖς μὲν θερμοῖς οἱ ψυχροὶ, τοῖς δὲ ψυχροῖς οἱ θερμοὶ, καὶ τοῖς μὲν ξηροῖς οἱ ὑγροὶ, τοῖς δὲ ὑγροῖς οἱ ξηροί. εἴρηται δὲ περὶ τῆς φύσεως αὐτῶν ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν [56] φαρμάκων δυνάμεως, καὶ χρὴ μὲν μὴ παρέργως ἀναλέγεσθαι τὸν λόγον ἐκεῖθεν εἴς τε διάγνωσιν καὶ εἰς θεραπείαν ὄντα ὠφέλιμον. ἡ μὲν γὰρ κοιλία τοῖς τε σπλάγχνοις ὑπηρετεῖ καὶ ταῖς φλεψὶν, ὥστε οἵων ἂν ἐκεῖνα δέηται χυμῶν, τοιούτων ὀρέγεσθαι· ταύτης δ' αὖ γνώμων ἡ γλῶττα προβέβληται, τούτοις μάλιστα χαίρουσα τῶν χυμῶν, ὧν ἂν ἡ κοιλία δέηται. τῆς κοινωνίας δὲ ὁ περιαλείφων αὐτὴν χιτὼν μάλιστα αἴτιος. ἥδεται μὲν οὖν ἡ γλῶττα κατὰ διαφέροντας καιροὺς, ἄλλοις ἄλλοτε τῶν ἔξωθεν αὐτῇ προσπιπτόντων χυμῶν· ἥδεται οὖν ἐνίοτε καὶ τῶν ἐν αὐτῇ γλυκέων αἰσθανομένη, (φλέγματός δέ ἐστιν εἶδος ὁ γλυκὺς οὗτος χυμὸς) ὥσθ' ὁσάκις γε ἀπὸ τῶν φλεβῶν ἐγχυθέντος αἵματος αἴσθησιν ὡς γλυκέος ἔλαβεν ἡ γλῶττα, τοῖς ἔξωθεν αὐτῇ προσπίπτουσιν ἀνάλογον ἔπαθεν. ἐπὶ μέντοι τῆς ὀσφρητικῆς δυνάμεως, ἡ μὲν τῶν ἔξωθεν ἡδέων τε καὶ

exasperantibus, lenientes; ad eundem modum calidis frigidi, frigidis calidi, ut et siccis humidi, et humidis sicci. Dictum autem de horum natura in quarto de simplicium medicamentorum facultatibus, legendusque non negligenter is liber est, ut qui tum ad dignotionem tum ad curationem sit utilis. Ventriculus enim visceribus venisque subservit; itaque et quales hae succos requirunt, tales appetit. Porro huic index lingua prostat iis succis maxime gaudens, quos ventriculus desiderat; hujus autem societatis potissima causa est tunica ipsam vestiens. Ac delectatur quidem lingua diversis temporibus succis sibi extrinsecus occurrentibus aliis atque aliis. Delectatur autem nonnunquam etiam dulcibus, quos in se ipsa sentit; porro dulces hi succi pituitae species sunt. Quare quoties effusi venis sanguinis, ut dulcis, sensum lingua percipit, iis simile quid patitur, quae ipsi extrinsecus occursant. At in odorandi facultate externorum quidem tum jucundorum tum molestiorum sensus perinde se ha-

ἀνιαρῶν αἴσθησις ἀνάλογον ἔχει τῇ γευστικῇ· τῶν δὲ κατ' αὐτὴν ἀτμῶν ἀηδῶν μὲν ὄντων, ὡς εἴρηται πρόσθεν, αἰσθάνεταί ποτε· γλυκέων δὲ ἢ ὅλως ἡδέων οὐκ αἰσθάνεται, καθάπερ οὐδὲ ἡ ὄψις, οὐδὲ ἡ ἀκοή. τῷ γὰρ εἶναι λεπτομε-(225)ροῦς οὐσίας αἰσθήσεις οὐ πάσχουσι πάθος οὐδὲν ἰσχυρὸν ἐν αὑταῖς. ἡ δὲ ἁφὴ καὶ ἡ γεῦσις, σφοδρὸν μὲν οὐδὲν οὐδὲ αὗται· πάσχουσι δ' ἐνίοτε καὶ τοιοῦτόν τι πάθος ἀμυδρὸν, ἡ μέντοι γλῶττα πρὸς γλυκέος, ὡς εἴρηται, φλέγματος, ὅνπερ ὁ Πραξαγόρας τε καὶ Φιλότιμος ἰδιώτερον ὀνομάζουσι γλυκὺν χυμόν· ἡ δὲ ἁφὴ τῆς ἐν αὐτῇ κινήσεως αἰσθάνεται πολλάκις, ἐπειδὰν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανέρχηται, τῶν τραχυνόντων γε αὐτὴν ἔνδον ἤτοι πεττομένων ἢ διαπνεομένων ἢ αἰσθητῶς ἐκκρινομένων. καὶ μὴν καὶ οἱ κοπωθέντες, ἐπειδὰν τρίψεσί τε μαλακαῖς ἢ λουτροῖς ἁπαλυνθέντες τὸ σῶμα μετὰ ταῦθ' ἡσυχάζωσιν, ἐναργῶς αἰσθάνονται τῆς ἡδονῆς. ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον ἐν αὐταῖς ταῖς εἰρημέναις κινήσεσιν ἥδονται τοῖς κεκμηκόσι μορίοις εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανερχομένοις. οὐ μόνον δὲ ἐν τῷ λούεσθαι καὶ ἀνατρίβεσθαι μαλακῶς ἐλαίῳ

bet ac in gustatrice. Halitus autem, quos in se habet, insuaves quidem, ut prius dictum est, aliquando sentit, suaves autem aut in summa jucundos non sentit, veluti nec visus nec auditus; hi namque sensus, quum tenuis substantiae sint, nullam in se ipsis vehementem affectionem patiuntur: tactus vero et gustus ne ipsi quidem, vehementem nonnunquam vero patiuntur quandam ejusmodi affectionem exilem; lingua quidem a dulci, ut dictum est, pituita, quam Praxagoras et Philotimus magis proprio nomine dulcem succum appellant: tactus vero motum in se non raro sentit, quum eorum, quae intus ipsum exasperant, vel concoctione vel transpiratione vel sensibili excretione ad naturam suam revertitur. Quin etiam lassitudine laborantes, ubi mollibus frictionibus vel balneis emollito corpore ab iis quiescunt, evidentem sentiunt voluptatem. Jam magis etiam in dictis motibus oblectantur, fatigatis partibus ad statum naturalem redeuntibus. Sane non solum lotione et molli ex largo

Ed. Chart. VII. [56.] Ed. Baf. III. (225.)

δαψιλεῖ συμβαίνουσιν ἡδοναὶ τοῖς κεκοπωμένοις μέρεσιν, ἀλλὰ κἂν ταῖς μείζοσιν ὀδύναις ἐπαφὴ μαλακὴ καὶ πραεῖα καὶ λεία φέρει τινὰ παραμυθίαν οὐ σμικράν. ἔξωθεν δὲ ἤδη τὰ τοιαῦτα, καὶ λεκτέον ἑξῆς ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν. οὐδὲν γὰρ ἔτι δεόμεθα περὶ τῶν ὀσφρητῶν διεξέρχεσθαι, τοῖς γευστικοῖς ἀνάλογον ἐχόντων. ἡδόμεθα τοίνυν ἐν τούτῳ τῷ γένει τῆς αἰσθήσεως, ἁπλῶς μὲν εἰπεῖν, εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανερχόμενοι· καὶ γίγνεται τοῦθ᾽ ἡμῖν ἀεὶ διὰ τῶν ἐναντίων, ἐάν γέ τις, ὡς προσήκει, λαμβάνῃ τὸ ἐναντίον. προσήκει δὲ δήπου τὸ πρώτως τε καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ, καὶ μὴ δι᾽ ἑτέρου μέσου, τοῦ τέλους αἴτιον, οὐ τὸ προκατάρχον τε καὶ προκαταρκτικὸν ὀνομαζόμενον, ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασι σκοπεῖν, ὅπερ Ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐν ἄλλοις τε πολλάκις ἀναμιμνήσκειν ἔοικε κἂν τῷ φάναι, ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος, νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται· θέρμη δὲ ῥύεται ταῦτα. δόξειε μὲν γὰρ ὅ γέ τις ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἀσκεπτότερον ἀποφαινόμενος ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἐνίοτε θεραπεύεσθαί τι τῶν

oleo frictione voluptas laffatis partibus accidit, fed etiam in majoribus doloribus attrectatio mollis, blanda et lenis folatium quoddam non exiguum affert. Sed haec jam externa funt, dicendumque de his deinceps. Neque enim de iis quae ad odoratum fpectant etiamnum differere nobis opus eft, quum analogiam habeant cum iis quae ad guftum referuntur. Delectamur igitur in hoc fenfus genere (ut verbo dicam) dum ad naturalem ftatum reducimur; contingit autem id nobis femper per contraria, fi quis, prout confentaneum eft, contrarium accipiat. Eft autem confentaneum, eam quae primo et per fe nec per alterum medium finis caufa eft, non quae evidens et externa vocatur, in omnibus ejusmodi confiderare, quod Hippocrates tum in aliis multoties nos admonere videtur, tum quum ait, *Eft autem ubi in tetano fine ulcere in juvene corpulento aeftate media copiofae frigidae perfufio caloris revocationem efficit, calore autem haec liberantur.* Quippe fiquis de his inconfideratius judicet, putabit aliquos affectus praeter naturam ali-

παρὰ φύσιν, ὥσπερ καὶ τὸν τέτανον ὑπὸ τῆς ψυχρολουσίας. ἔχει δὲ οὐχ οὕτως τἀληθές· ἀλλ᾽ ἀεὶ πάντα πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανέρχεται διὰ τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ ὁ τέτανος διὰ τῆς κατὰ τὴν θερμασίαν ἐπανακλήσεως. εἰ μὲν οὖν ἀθρόως τοῦτο γίγνοιτο, μεθ᾽ ἡδονῆς ἡ θεραπεία συντελεῖται· κατὰ μικρὸν δὲ συμβάντος, ἀναίσθητος ἡ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδος ἔσται. [57] οὕτω δὲ καὶ ἡ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ὁδὸς, ἡ μὲν ἀθρόως γιγνομένη βίαιός τε καὶ ὀδυνηρὰ πάντως ἐστίν· ἡ δὲ κατὰ μικρὸν, ἀναίσθητος. καὶ διὰ τοῦτο τῆς κατ᾽ ὀλίγον ἀθροιζομένης ἐν τῷ σώματι διαθέσεως οὐ κατὰ φύσιν, ἀναισθήτου παντάπασιν οὔσης, ἡ εἰς τὰ κατὰ φύσιν ἐπάνοδος, ἐπειδὰν ἀθρόως ἐπιτελῆται, μετ᾽ αἰσθήσεώς τε ἅμα καὶ ἡδεῖα γίγνεται. καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν οἰκειοτάτων ἡμῖν, οἷά περ ἐστὶν ἐν μὲν τῇ γεύσει τὰ γλυκέα· κατὰ δὲ τὴν ὄσφρησιν, ὅσα τούτοις μὲν ἀνάλογον ἔχει, καλεῖται δὲ εὐώδη. ἴδιον δέ τι πέπονθεν ἐξαίρετον ἡ τῶν γεννητικῶν μορίων αἴσθησις, ὅτι καὶ δύναμιν ἰσχυροτάτην ἔχει, κατὰ μὲν τὸ ἄῤῥεν γένος ἀποκριτικὴν τοῦ σπέρματος,

quando a similibus curari, ut et tetanum a frigida lavatione: non tamen ita se habet veritas; sed perpetuo omnes *affectus* ad naturalem statum per contraria redeunt, quemadmodum etiam tetanus per caloris revocationem. Quod si confertim id fiat, curatio cum delectatione perficitur; si vero paulatim contigerit, insensilis erit ad naturalem statum reditus. Sic autem decessus a naturali statu ad eum qui praeter naturam est, qui confertim fit, et violentus et cum dolore omnino est: qui paulatim, insensibilis. Proinde quum qui omnino non secundum naturam in corpore paulatim accumulatur affectus, nullum sui sensum excitet, ejus ad naturalem statum reditus, quum celeriter perficitur, simul cum sensu jucundus fit; atque potissimum per ea quae maxime nobis sunt familiaria, cujusmodi sunt in gustu quidem dulcia; in odoratu vero quae his proportione respondent, vocantur autem odorata. At vero genitales partes proprio quodam et eximio sensu afficiuntur, quod et facultatem habeant valentissimam, in masculo quidem seminis expultri-

κατὰ δὲ τὸ θῆλυ καὶ ταύτην μὲν ἔν τε τοῖς ὄρχεσι καὶ τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑλκτικὴν ἐν ὅλῃ τῇ μήτρᾳ· συνῆψε γὰρ ἡ φύσις ὑπερέχουσαν ἐπιθυμίαν τε ἅμα καὶ ἡδονὴν τῇ τε προέσει καὶ τῇ συλλήψει τοῦ σπέρματος. ἀλλ' ἡ μὲν ἀνία, τοῦ περιττοῦ σπέρματος μένοντος ἔσω, ἀθροίζεται κατ' ὀλίγον ἐν χρόνῳ πλείονι, καὶ διὰ τοῦτο, καίτοι μεγάλα λυποῦσα (περὶ ὧν ἑτέρωθι λέξομεν) ἀπολείπεται τῷ μεγέθει τῆς ἡδονῆς, ἣν ἐν τοῖς ἀφροδισίοις ἴσχοι. ἡ δ' ἀπόκρισις ἡ τοῦ λυποῦντος ἀθρόως γιγνομένη τῷ τάχει τῆς εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανόδου καὶ τὸ τῆς ἡδονῆς μέγεθος ἀνάλογον ἔχει.

Κεφ. ζ. Ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη περὶ τῶν κατὰ τὸ στόμα τῆς κοιλίας, ὃ δὴ καὶ καρδίαν ὀνομάζουσι, συμπτωμάτων διελθεῖν. ἔστι μὲν γὰρ ἐκ τοῦ γένους καὶ αὐτὰ τῶν ἁπτικῶν, ἀλλ' οὐδὲν οὕτω μέρος οὔτ' ἀκριβῆ τὴν αἴσθησιν ἔχει, οὔτε τὰς ἀρχὰς ἑκατέρας ἑαυτῷ συνδιατίθησιν, ὡς τὸ στόμα τῆς γαστρός. ὀνομάζεται δὲ συνήθως οὐ τοῖς πολλοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς στόμαχος. αἱ γοῦν καλούμεναι

cem, in foemina vero tum hanc ipſam in teſtibus et ſeminalibus vaſis, tum attractricem in toto utero: conjunxit enim natura ſeminis effuſioni et *ejus* conceptui ingentem cupiditatem ſimul ac voluptatem. Verum laeſio redundantis et intus manentis ſeminis paulatim multo tempore colligitur, ac idcirco quanquam magnopere infeſtat (de quibus alibi dicemus) impar *tamen* eſt magnitudini voluptatis, quae in venere ſentitur. Laedentis enim excretio confertim facta etiam delectationis magnitudinem celeritati reditus ad naturam proportione reſpondentem habet.

Cap. VII. Reliquum autem fuerit de ſymptomatis orificium ventriculi (quod etiam cor appellant) obſidentibus diſſerere; ſunt enim haec quoque ex eorum, quae ad tactum referuntur, genere. Caeterum nulla pars aut ita exactum habet ſenſum, aut *ita* utrumque principium una ſecum afficit, ut os ventriculi: nominatur autem pro conſuetudine non vulgo ſolum, ſed etiam a medicis ſtomachus. Quae igi-

Ed. Chart. VII. [57.] Ed. Baf. III. (225.)

motibus eſt collectum; atque id vel minimi pueruli ſine doctore faciunt. Verum ad talem motum animalia impellit ipſa natura, quae perſpiratum halituoſis excrementis molitur. At hujus moleſti ſenſus altera ſpecies eſt quae in laſſitudinum affectibus ſentitur, ſive hae poſt multos labores ſive ſua ſponte conſiſtant. Triplex autem eſt in laſſitudinibus ſenſus, quod putent *iis laborantes*, vel fractam et contuſam eſſe, vel tendi undequaque corporis molem; vel tanquam multis ulceribus, quoties moventur, conſpergi. Quum igitur tenditur corporis moles, ac citra exercitationem is affectus accidit, laſſitudo tenſiva ſpontanea nominatur. Fit autem maxime ex plenitudine quae partes continentes distendit et ab iis non continetur. Quum vero ulceroſus ipſas partes ſenſus percurrit, fit quidem et is motis magis quam quiescentibus, niſi admodum magna fuerit laſſitudo. Pungi vero, quaſi multas ſpinas haberent infixas, ſe putant, quum a mordaci humore ſymptoma oriatur. Tertia laſſitu-

ὀστοκόπῳ συνέχεσθαι, κινήσεως μὲν οὖν οὐδὲ βραχυτάτης ἀνέχεται· θερμότητος δ' ἐπιφανοῦς ἐστιν αἴσθησις αὐτοῖς ἅμα καὶ τάσεως καὶ δήξεως, ἀναπεμπομένης εἰς ὅλον τοῦ ζώου τὸν ὄγκον κακοχυμίας δαψιλοῦς. οὐδεὶς δ' ἐπιχειρεῖ τῶν οὕτως ἐχόντων σκορδινᾶσθαι, δεδιὼς ἅπασαν κίνησιν. ἐν δὲ τοῖς ἑτέροις δυσὶ κόποις, ὧν τὸν μὲν ἑλκώδη καλεῖν εἰώθασι, τὸν δὲ τονώδη, γίνεταί ποτε καὶ ἡ τοιαύτη κίνησις, ὅταν ἤτοι σμικροὶ πάμπαν ὑπάρχωσιν, ἢ φυσώδεσί τε καὶ ἀτμώδεσιν ἐπιγίγνωνται περιττώμασιν· ὁ γοῦν ἑλκώδης κόπος ὅταν μείζων συστῇ, φέρουσι μὲν οὐδ' οὗτοι κίνησιν οὐδεμίαν, ἀλλ' ὀδυνῶνται, καθάπερ ἕλκος, τὸ σῶμα καὶ φρίττουσιν. ἐγγὺς δ' ἥκουσιν, ἢν αὐξάνηται τὸ σύμπτωμα, τῆς φρικώδους διαθέσεως· ἐν ἐκείνῃ γὰρ φρίττουσι καὶ πρὶν κινεῖσθαι. ὥσπερ δ' ὅταν ἑλκώδης αἴσθησις γίγνηται, κινούμενοι φρίττουσι, καὶ μᾶλλον, εἰ σφοδρότερον· οὕτως ἡ φρικώδης διάθεσις, ὅταν εἰς κίνησιν ἄγηται, ῥῖγος ἐργάζεται. γίνεται μὲν γὰρ ταῦτα πάντα διὰ δακνώδη περιττώματα· διαφέρει δ'

do, fub qua fe offifrago dolore laborare dicunt, ne minimum quidem motum fuftinet; manifeftus autem in ipfis eft caloris fenfus, fimulque tenfionis et morfus, vitiofo humore in totam animalis molem ampliter transfufo. Eorum vero qui hac laborant nemo pandiculari tendat, ut qui omnem motum formident. In aliis duabus laffitudinibus (quarum alteram ulcerofam, alteram tenfivam nominare confueverunt) fit etiam talis aliquando motus, quum videlicet vel exiguae omnino funt, vel ex flatuofis et halituofis excrementis proveniunt; quum itaque ulcerofa laffitudo major fuerit, ne hi quidem ea laborantes motum ullum ferunt, fed dolorem veluti ulceris per corpus fentiunt horrentque. Quod fi augeatur fymptoma, ad horroris affectum prope perveniunt; nam fub hoc horrent priusquam etiam moveantur. Ut autem, quum ulcerofus fit fenfus, quoties moventur, horrent, magisque, fi vehementius; fic horroris affectus, quum in motum agitur, *concutientem* rigorem efficit. Haec namque omnia a mordacibus oriuntur excrementis. Differunt autem inter fe tum excrementorum ipforum multitudine tum motu, et

ἀλλήλων τῷ τε πλήθει τῶν περιττωμάτων αὐτῶν καὶ τῇ κινήσει καὶ τῷ τὰ μὲν μᾶλλον εἶναι δακνώδη, τὰ δὲ ἧττον, καὶ τῷ τὸ σῶμα τὸ κάμνον ἢ δυσπαθὲς ἢ εὐπαθὲς ἢ ἀσθενὲς ἢ εὐαίσθητον ἢ δυσαίσθητον εἶναι φύσει. τὸ μὲν γὰρ εὐαίσθητόν τε καὶ ἀσθενὲς ὑπάρχον ὑπὸ βραχυτάτης αἰτίας ἀνιᾶται· τὸ δ' ἰσχυρὸν καὶ δυσαίσθητον μεγάλης δεῖται τῆς αἰτίας εἰς γένεσιν τοῦ τοιούτου συμπτώματος. ἆρ' οὖν ἐν τούτοις (234) μόνοις, ἢ κἀν τῷ κινεῖσθαι τὸ αἴτιον ἢ μὴ κινεῖσθαι, καὶ κινούμενον ἤτοι θᾶττον ἢ βραδύτερον κινεῖσθαι, παμπόλλη τίς ἐστιν ἐν τοῖς συμπτώμασι διαφορά; ἐμοὶ μὲν οὕτως δοκεῖ, τῷ γε τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἡσυχάζοντα μὲν ἀνωμαλίας ἐνίοτε μόνης ἀντιλαμβάνεσθαι, κινηθέντα δὲ φρίττειν, γυμνασάμενον δὲ ῥιγοῦν. ταῦτά τοι καὶ συμβουλεύουσιν οἱ ἰατροὶ τοῖς ὧδε κάμνουσιν, ὑπὸ τῆς πείρας δεδιδαγμένοι, πάσης ἀπέχεσθαι κινήσεως. [75] ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπεπτησάντων ἐνίους ἴσμεν, ἂν μὲν ἡσυχάζωσι, μηδὲν πάσχοντας· ἂν δ' εἰς βαλανεῖον εἰσέλθωσιν ἢ ἐν ἡλίῳ στῶσι, φρίττοντας, ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον ἐὰν γυμνάσωνται· καὶ γὰρ ὁ ἥλιος καὶ

quod excrementorum alia magis ſint mordentia, alia minus; et quod corpus laborantis vel non facile afficiatur, vel facile patiatur, vel robuſtum imbecillumve ſit, vel acuti natura hebetisve ſenſus. Nam quod acuti ſenſus eſt et imbecillum, etiam ex leviſſima cauſa dolet; contra quod valentiſſimum, nec facilis ſenſus eſt, magnam cauſam ad talis ſymptomatis generationem requirit. Utrumne igitur in his ſolis, an etiam in movendo cauſam, aut non movendo; praeterea quod movetur, in eo quod vel celerius vel tardius moveatur, plurima eſt in ſymptomatis differentia? Ac mihi quidem ita videtur, eundemque hominem in quiete quidem ſolam inaequalitatem ſentire, in motu vero horrere, et in exercitatione rigere. Ideoque et medici ita laborantibus experientia docti conſulunt, ut ab omni motu abſtineant. Jam aliquos cruditate laborantes ſcimus, dum quieſcerent, nihil perpeti; quum balneum fuiſſent ingreſſi aut in ſole ſtetiſſent, horruiſſe; atque hoc magis, ſi ſe exercitaſſent. Nam

βαλανεῖον καὶ γυμνάσιον εἰς κίνησιν ἐξορμᾷ τὰ τέως ἡσυχάζοντα περιττώματα, καθάπερ γε καὶ τῶν ψυχικῶν παθῶν ὁ θυμός. ἐξ ἑαυτῶν δὲ εἰς κίνησιν ἐξορμᾷ τὰ τέως ἡσυχάζοντα περιττώματα τῷ θερμαίνεσθαι καὶ λεπτύνεσθαι καὶ πνευματοῦσθαι· καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ἡσυχαζόντων μὲν αὐτῶν ἧττον ἀνιᾶσθαι τὰ σώματα, κινηθέντων δὲ λυπεῖσθαί τε μεγάλως καὶ κλονεῖσθαι φρίττοντα καὶ ῥιγοῦντα καὶ πυρέττοντα. καὶ γὰρ ὅσα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔξωθεν ἐμπίπτει σκληρὰ σώματα, μυσάντων μὲν τὰ βλέφαρα καὶ καθησυχασάντων τὸ μόριον ἢ σμικρὸν πάμπαν ἢ οὐδὲν ἀνιᾷ· κινησάντων δὲ δυσάνεκτον ἐπιφέρει τὴν ὀδύνην. ἀλλὰ καὶ χωρὶς παραδείγματος ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος τῆς φύσεως ἔνεστιν ἐξευρεῖν, ὡς τὸ κινούμενον αἴτιον ἀνιαρότερον τοῦ μένοντος, ὅταν γε διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων ἡ φορὰ γίγνηται, καθάπερ ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπόκειται νῦν. οὐ γὰρ περὶ τῶν ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ ταῖς ἀρτηρίαις διαῤῥεόντων χυμῶν ὁ λόγος ἦν, ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ τὰς σάρκας τε καὶ ὅλην τοῦ ζώου τὴν ἕξιν. ὅταν οὖν διεξέρχηταί τι διὰ τούτων βιαίως ἐπὶ τὸ δέρμα

et sol et balneum et exercitatio excrementa, quae prius quieverant, ad motum excitant, quemadmodum ex animi affectibus ira; a seipsis autem ad motum excitantur quae prius quieverant excrementa, dum calefiunt, attenuantur, et in flatulentum spiritum vertuntur. Nec mirum corpus, quum ipsa excrementa quiescunt, minus laedi; quum moventur, magnopere laedi et concuti horrore, rigore et febre. Etenim quae dura corpora extrinsecus oculis incidunt, conniventibus palpebris, et parte quiescente, vel parum omnino vel nihil contristant; moventibus, vix tolerabilem afferunt dolorem. Sed et citra exemplum ex ipsa rerum natura invenire licet, motam causam quiescente molestiorem *esse*, quum per corpora sensibilia defertur, ut nunc in oculis propositum est. Non enim de humoribus per venas et arterias fluentibus est disputatio, sed de iis qui et in carnibus et toto corporis habitu continentur. Quum igitur per haec aliquid agitur et violenter ad cutim fertur, necesse est, in ipso

φερόμενον, ἐν τῇ διόδῳ τῇ διὰ τῆς σαρκός τε καὶ τοῦ δέρματος ἀναγκαῖον αὐτὸ κεντεῖν τε καὶ νύττειν καὶ διαιρεῖν καὶ τιτρώσκειν οἷς ἂν ἐντυγχάνῃ πᾶσιν. ὅτι δὲ τὸ δακνῶδες καὶ κινούμενον αἴτιον ἅπαν εἰς φρίκας τε καὶ ῥίγη ἄγει τὸ ζῶον, ἄν τε θερμὸν ἄν τε ψυχρὸν ᾖ, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν τοιούτων κατανοῆσαι δυνατόν· εἰ προσράναις ἐξαίφνης ὑγιαίνοντι σώματι ζέον ὕδωρ, ἢ σπινθῆρας ἐνσείσαις πυρὸς, εὐθέως φρικῶδες γενήσεται. ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἡλκωμένων μορίων ἐνίοτε φαρμάκων ἐπιτεθέντων καυστικῶν, φρίττουσι μὲν πρῶτον, ἐφεξῆς δὲ καὶ ῥιγοῦσιν, εἶτα καὶ πυρέττουσιν ἔνιοι. ἀλλὰ καὶ οἱ τριταῖοι πυρετοὶ ἁπάντων δὴ μάλιστα πυρετῶν χολώδεις ὄντες καὶ θερμοὶ, πάντων δὴ μάλιστα φρικώδεις εἰσὶ, καὶ ὅσῳ δ' ἂν ἀκριβέστεροι τύχωσιν ὄντες, τοσούτῳ καὶ τὸ ῥῖγος αὐτοῖς γίνεται σφοδρότερον. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ῥίγεος ἐπιγενομένου λύσις, Ἱπποκράτης φησὶ, τῷ τὴν τέως ἐν ταῖς φλεψὶν ἀλωμένην χολὴν ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπωθεῖσθαι κριτικῶς ἐπὶ τὸ δέρμα διὰ τῶν σαρκῶν. τῆς οὖν κινήσεως καὶ φορᾶς αὐτῆς, ἣν διὰ τῶν αἰσθητικῶν ποιεῖται σωμάτων, ἅμα τε σύμπτωμα καὶ σημεῖόν ἐστι τὸ ῥῖγος. καὶ

per carnem cutimque tranfitu omnes in quas incidit partes pungere, ftimulare, dividere, ac vulnerare. Quod autem omnis mordax et mota caufa, five ea calida, five frigida fit, animal in horrorem ac rigorem ducit, primum quidem ex talibus intellexiffe licet. Si fano corpori ferventem aquam fubito affundas, aut ignis fcintillas incutias, ftatim horrore vexabitur. Jam quum ulceratis partibus caufticum medicamentum imponitur, primum quidem horrent, deinde rigent, mox etiam febricitant nonnulli. Sed et tertianae febres, quae omnium certe febrium maxime biliofae et calidae funt, omnium maxime horrorem advehunt; quantoque finceriores tertianae funt, tanto etiam rigor in iis incidit vehementior: *quin etiam ardente febre laboranti rigor fuperveniens morbum folvit*, inquit Hippocrates, quod bilis, quae *prius* in venis errabat, a natura critice per carnes ad cutim trudatur. Ergo motus ejus delationisque, quae per fenfibilia corpora agitur, fimul et fymptoma et fignum rigor eft. Atque jam

δὴ καὶ ἱδροῦσι τοὐντεῦθεν οἱ οὕτω ῥιγώσαντες καὶ ἀπαλλάττονται τοῦ πυρετοῦ, κενωθείσης αὐτοῖς τῆς χολῆς. ἐνίοτε δ᾽ οὐκ εἰς τὸ δέρμα τὴν ὁρμὴν, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς ἔσω τόπους ποιησαμένη, δι᾽ ἐμέτων τε ἅμα καὶ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἐκκενοῦται. πολλάκις δὲ εἴσω τε καὶ ἔξω κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἠνέχθη, ὡς ἱδρῶσαί τε ἅμα καὶ ἐμέσαι καὶ ὑπελθεῖν κάτω τὴν χολήν. ὅσοι δ᾽ αἴτιον ὑγιεινὸν οἴονται τὸ ῥῖγος γίγνεσθαι τοῦ καύσου διὰ τὴν ψύξιν, τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνουσι. πρῶτον μὲν γὰρ εἰ τοῦτ᾽ ἀληθὲς ὑπῆρχεν, ἐνῆν αὐτοῖς δήπου ῥῖγος ἐργάσασθαι, τοῦτο μὲν ὕδωρ ψυχρὸν προσραίνοντας ἢ καταχέοντας, τοῦτο δ᾽ εἰς ψυχρὸν ἀέρα τὸν κάμνοντα γυμνὸν ἀπάγοντας, ἢ εἰς ὕδατος ψυχροῦ δεξαμενὴν ἐμβάλλοντας· ἔπειτα δ᾽ εἴπερ ἄρα διὰ τῆς πρὸς τοὐναντίον μεταπτώσεως τοῖς καυσουμένοις ἡ λύσις ἐγίγνετο ῥιγώσασιν, ἐχρῆν αὐτοὺς ἐπὶ τῷ ῥίγει πεπαῦσθαι πυρέσσοντας. ἔχει δ᾽ οὐχ οὕτω τἀληθές· οὐ γὰρ ἅμα τῷ ῥιγῶσαι παύονται πυρέσσοντες, οἵ γε πολὺ μείζονι πυρετῷ μετὰ τὸ ῥῖγος [76] ἢ πρόσθεν ἁλίσκον-

inde fudant, qui ita obriguerunt, vacuataque in iis bile a febre liberantur. Interdum vero non ad cutim, fed ad internas partes *bilis* impetum faciens, per vomitiones fimul et alvum vacuatur. Saepenumero et intro et foras eodem die defertur, ita ut fimul et fudore et vomitione et alvi dejectione bilis vacuetur. Quicunque vero rigorem profligandae ardentis febris falubrem effe caufam propter frigus putant (nam contraria contrariorum funt remedia) omnino falluntur. Primum enim fi id verum effet, liceret ipfis rigorem excitare, partim quidem frigida aqua infperfa aut affufa, partim aegro ipfo nudo in frigidum aërem delato, aut in frigidae aquae labrum demiffo. Deinde fi per mutationem ad contrarium *affectum* iis, qui in ardenti febre obriguerant, folutio accidat morbi, oportebat poft rigorem *ipforum* febrem fedari. Non tamen ita fe habet veritas: non enim quod rigeant, febricitare defmunt, qui etiam multo graviore febre poft rigorem, quam ante, corripiuntur; fed poftquam

Ed. Chart. VII. [76.] Ed. Baf. III. (234.)

ται, ἀλλ' ἐπειδὰν ἱδρώσωσι δαψιλῶς, ἢ ἐμέσωσι τὴν ὠχρὰν χολὴν, ἢ κατ' ἔντερον αὐτοῖς ὑπέλθῃ. ἐπὶ γὰρ τῇ σφοδροτέρᾳ κινήσει τῆς χολῆς σφοδρότερον εἰκὸς ἀνάπτεσθαι τὸν πυρετόν. ὅτι μὲν οὖν οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς ψυχροῖς αἰτίοις ῥιγῶσιν, ἀλλὰ κἀπὶ τοῖς θερμοῖς, ἤδη πέφανται. διὰ τίνα δὲ τὴν αἰτίαν ἐναντιωτάταις προφάσεσι ταὐτὸν ἕπεται σύμπτωμα, λεκτέον ἐφεξῆς, ἀναμνησθέντας αὖθις ὧν ἀπεδείξαμεν ὑπὲρ τῆς ἐκκρινούσης τὰ λυποῦντα δυνάμεως. οὐ γὰρ δήπου τὰ μὲν ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν ὀργάνων ἐκκρίνει, καθάπερ ἐδείκνυτο τὰ κατὰ γαστέρα τε καὶ μήτραν καὶ τὰς κύστεις ἀμφοτέρας ἔντερά τε καὶ πνεύμονα καὶ ῥῖνας, ἀμελεῖ δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν ὑποτρεφομένων περιττωμάτων· ἀλλὰ κἀκ τούτων ὁσημέραι πᾶν ἀποκρίνει τὸ περιττὸν ἀλύπως τε καὶ κατὰ τὴν ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοὴν, ὅταν γε νόμῳ φύσεως διοικῆται τὸ ζῶον. ἐπειδὰν δέ τι δακνῶδες ἐν αὐτῷ συστῇ, καὶ μάλισθ' ὅταν ἔχῃ κίνησιν ἰσχυρὰν, ἀνιᾶταί γε καὶ ἀποκρίνειν αὐτὸ σπεύδει, καθ' ὃν ἂν ἐγχωρῇ μάλιστα τρόπον ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ τῶν μελῶν ἐκκριθῆναί τι,

multum fudarunt, aut flavam bilem vomuerunt, aut per inteftinum dejecerunt, *tum febris ceffat.* Nam ex vehementiore bilis motu vehementiorem accendi febrem confentaneum eft. Quod igitur homines non folum ex frigidis caufis rigore tententur, fed etiam calidis, jam demonftratum eft. Verum quam ob caufam caufis maxime contrariis idem fymptoma fuccedat, deinceps docebimus; fed admonitis prius, quae de excretrice moleftorum excrementorum facultate monftravimus. Non enim ea, quae in amplis organorum capacitatibus funt, excernit, utquae in ventriculo funt et utero et utraque vefica et inteftinis et pulmone et naribus; quae vero in ipfis corporibus exerementa colliguntur, negligit; fed ab iis quoque quotidie excernit quicquid fupervacaneum eft, citra ullam animalis laefionem infenfibili tranfpiratione, ubi lege naturae animal gubernatur. Quum autem mordax aliquid in iis conftiterit, ac potiffimum quum vehementi agitur motu, et angitur et id expellere feftinat eo modo, quo maxime licet ex ipfo membrorum corpore aliquid excerni, partibus fcilicet

Ed. Chart. VII. [76.] Ed. Baf. III. (234.)

συναγομένων δηλονότι καὶ σφιγγομένων εἰς ἑαυτὰ τῶν μορίων, εἶθ' ἑκάστου τὸ κατ' αὐτὸ μέρος τοῦ περιττώματος ὠθοῦντος. ἀλλ' εἰ πάντα νοήσαις ἅμα τὴν κίνησιν ταύτην κινούμενα, σεισμός τις ὅλον τὸ σῶμα καταλήψεται καὶ κλόνος, ὁποῖος ἐν τοῖς ῥίγεσι φαίνεται καταλαμβάνων. ἀνάγκη γὰρ, οἶμαι, τῶν μυῶν πάντων κλονουμένων, συγκλονεῖσθαι τὰς διαρθρώσεις αὐτοῖς, ὧν κλονουμένων ἐκτάσεις τέ τινας καὶ κάμψεις ἀκουσίους συμπίπτειν, ἑτέρας οὔσης τῆς τοιαύτης κινήσεως παρὰ τὴν ἐν τοῖς σπασμοῖς τε καὶ παλμοῖς. ἐν μὲν γὰρ τοῖς σπασμοῖς ὡσαύτως μὲν, οὐ μὴν ὑπό γε τῆς αὐτῆς δυνάμεως αἱ κινήσεις ἐπιτελοῦνται· κατὰ δὲ τοὺς παλμοὺς οὐχ ὡσαύτως, ἀλλ' ὡς εἴρηται πρόσθεν, ὅτι συνεξαίρεται τῷ μυῒ τὸ κῶλον ὑπὸ τοῦ φυσώδους διαστελλομένῳ πνεύματος· ῥιγούντων δὲ, ὡς ἀρτίως εἴρηται, πᾶν μόριον κινεῖται τοῦ μυὸς ἐκκαθαίροντος ἑαυτόν· κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων κίνησιν ὅλος ὁ μῦς σειόμενός τε καὶ κλονούμενος ἅμα ἑαυτῷ τὴν διάρθρωσιν, εἰς ἣν καταφύεται, συγκλονεῖ. τοιαύτη καὶ

ipfis fefe contrahentibus atque conftringentibus, mox unaquaque earum portionem excrementi, quod in fe continet, protrudente. Verum fi univerfas partes hoc motu fimul moveri intelligas, concuffio aliqua totum corpus obfidebit et conturbatio, qualis in rigoribus obfidere cernitur. Quum enim musculi omnes concutiuntur, neceffe eft, opinor, articulos quoque cum ipfis fimul concuti; et eorum, ubi concutiuntur, tum extenfiones quasdam tum inflexiones praeter voluntatem incidere, quum tamen hic motus diverfus ab eo fit, qui in convulfione palpitationeque percipitur. In convulfione namque fimiliter quidem, non tamen ab eadem faltem facultate motus cientur. In palpitatione non fimiliter, fed ut prius dictum eft, quod membrum attollatur una cum musculo, qui a flatulento fpiritu diftenditur. At cum concuffione rigentibus, ut dudum eft dictum, movetur omnis pars, musculo fe ipfum expurgante; in illarum vero motu totus musculus concuffus vibratusque articulum, in quem inferitur, una fecum concutit. Talis etiam motus et tho-

τοῖς κατὰ θώρακα μυσὶν ἡ κίνησις ἐν ταῖς ἀνωμάλοις γίγνεται δυσκρασίαις, καὶ διὰ τοῦτο βραχυτέρα τε καὶ κερχνωδεστέρα βὴξ αὐτοῖς ἕπεται. διασείονται γὰρ οἱ μύες ἐκκρίνειν ἐφιέμενοι τὰ λυποῦντα τῆς ἑαυτῶν σαρκὸς διὰ τῶν τοῦ πνεύμονος ἀρτηριῶν· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις βηξὶν ἐδείκνυντο σφοδρῶς ἐμπίπτοντες τῷ πνεύμονι, χάριν τοῦ πολλὴν καὶ ἀθρόαν ἐκφύσησιν ἐργάσασθαι. ἔτι τε βιαιότερον ἐμπίπτουσιν ἐν τοῖς πταρμοῖς, ἐξωθοῦντες ἀθρόον τὸ πνεῦμα, τὸ κατὰ τὰς ῥῖνας ἐκκαθᾶραι βουλόμενοι. καὶ τοῦτο κατανοήσαντές τινες ἀσθενεῖς μὲν τὴν δύναμιν, ἀναπτύειν δὲ τὰ κατὰ θώρακά τε καὶ πνεύμονα δεόμενοι, πταρμὸν ἑαυτοῖς κινοῦσιν ἐρεθίζοντες τοὺς μυκτῆρας, ἵνα τῷ βιαίῳ τῆς κινήσεως ἀναπτύ(235)σωσιν, ὃ κατὰ βῆχας ἐκβαλεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων βηχῶν εἴρηται καὶ πρόσθεν αὐτάρκως. αἱ δὲ κατὰ δυσκρασίαν τῶν ἀναπνευστικῶν, ἐκ ταὐτοῦ μέν εἰσι τοῖς ῥίγεσί τε καὶ ταῖς φρίκαις γένους, [77] διαφέρουσι δὲ τῷ θάττονα γίγνεσθαι τὴν αἴσθησιν αὐτῶν, οὐδέποτε ἡσυχαζόντων τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. ἐδείκνυτο γὰρ ἔμπροσθεν,

racis musculis in inaequali intemperie accidit; ob idque brevior et levior tuffis eos fequitur; concutiuntur enim musculi, dum ftudent fibi molefta a carne fua per pulmonum arterias expellere. In caeteris autem tuffibus vehementer eos pulmonibus incumbere demonftratum eft, quod multum fimul et celerem efflatum excitent. Jam etiam vehementius per fternutationes incutiuntur, affatim fpiritum excutientes, quum quidpiam naribus inclufum expurgare nituntur. Atque id nonnulli quum intelligerent, viribus quidem imbecilles, fed indigentes fputi per thoracem ac pulmones rejectione, fternutamenta fibi cient, irritatis naribus, quo quae per tuffes ejicere non valuerunt, hujus motus violentia expuerent. Verum de ejusmodi tuffibus fatis prius dictum eft. Quae vero ob fpirabilium organorum intemperiem accidunt, ex eodem funt cum concutientibus rigoribus horroribusque genere; differunt autem eo quod celerior earum fit fenfus quod nunquam quiescant fpirabilia organa. Demonftratum

ὡς καὶ τὰς καθ' ὅλον τὸ σῶμα τοιαύτας διαθέσεις ἡ κίνησις ἐξελέγχει μάλιστα. ἐπειδὰν μὲν οὖν ὑγρὰ τὰ λυποῦντα τὴν φύσιν ὑπάρχῃ, τῷ βιαίῳ τούτῳ σεισμῷ καὶ κλόνῳ τῷ κατὰ τὴν βῆχα καὶ τὸ ῥῖγος, ὑπὸ τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως ὠθούμενα φέρεται πάντῃ πρὸς τοὺς εἴκοντας τόπους, τὰ μὲν εἰς τὴν ἄνω, τὰ δὲ εἰς τὴν κάτω γαστέρα, τὰ δὲ ἐπὶ τὸ δέρμα πρὸς τοὐκτὸς, ὡς αἰσθητὴν αὐτῶν γενέσθαι τὴν κένωσιν. ἐπειδὰν δὲ πνευματώδης τις οὐσία μόνη χωρὶς ὑγρότητος ἤτοι θερμοτέρα τοῦ δέοντος ἢ ψυχροτέρα διεξέρχηται τὸ σῶμα, φρίττουσι μὲν δήπου τότε καὶ ῥιγοῦσιν· ἐνίοτε δὲ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὔτε δ' ἐμοῦσιν οὔθ' ἱδροῦσιν, οὔθ' ὑποχωρεῖ τι κάτω τοῖς τοιούτοις οὐδὲν αἰσθητὸν, ὡς ἂν αὐτῶν ἐρεθιζόντων τὴν ἐκκριτικὴν δύναμιν ἀερωδῶν ὑπαρχόντων. οὕτως ἐν βαλανείοις περικαέσι, καὶ μάλιστα ἢν ἐξαίφνης τε καὶ ἀθρόως ἄνευ τοῦ προδιαθερμανθῆναι πλησιάσωμεν αὐτοῖς, αὐτίκα φρικώδεις γιγνόμεθα. οὕτως ὅταν εἰς τὸν ψυχρὸν ἀέρα μετέλθωμεν ἀθρόως, ἢ εἰ καὶ μὴ ἀθρόως, ἀλλὰ πολυχρονίως γε ὁμιλεῖν ἀναγκασθῶμεν, ὡς ἐν ὁδοιπορίαις ἐνίοτε

namque prius eſt, quod motus etiam in toto corpore ejusmodi affectiones maxime prodat. Quum igitur humida quidem natura ſint quae laedunt, violenta hac concuſſione ac agitatione, quae per tuſſim et concutientem rigorem concitantur, ab excretrice facultate expulſa, undique ad loca cedentia feruntur, quaedam in ſuperiorem, quaedam in inferiorem ventrem, quaedam foras ad cutim; ita ut ſenſibilis eorum vacuatio ſit. Quum vero flatuoſa quaedam tantum citra humorem ſubſtantia vel calidior juſto vel frigidior corpus permeat, utique horrent tunc quoque; aliquando vero rigent ob eandem cauſam, neque tamen vomunt, neque ſudant, neque quicquam his ſenſibile per alvum dejicitur, quum aërea ſint, quae excretricem facultatem irritant. Sic in balneis praecalidis maximeque ſi ſubito et repente minime praecalfacti ad ea acceſſerimus, ſtatim horroribus corripimur. Sic quum in frigidum aërem repente transferimur, aut ſi non ſubito, ſaltem ſi diuturnam *in eo* moram facere cogamur, quemadmodum in itinere agendo accidere aliquan-

συμπίπτειν εἴωθε. τοῦ τοιούτου ῥίγους ἴαμα θέρμανσίς ἐστιν, οὐχ ἱδρὼς ἢ ἔμετος ἢ διαχώρημα γαστρός. ἐπεὶ δ', ὡς εἴρηται, καὶ ψυχρὸν αἴτιον καὶ θερμὸν ἐργάζεται ῥῖγος, ἐπὶ μὲν τῷ θερμῷ τῷ ἀερώδει ψύξις ἱκανὴ πρὸς τὴν ἴασιν· τῷ δὲ ὑγρῷ πυρετὸς μὲν ἐξ ἀνάγκης ἐπιγίγνεται, κένωσις δὲ ἡ ἴασίς ἐστιν. ἐπὶ δὲ τῷ ψυχρῷ τῷ μὲν ἀερώδει θέρμανσις ἴαμα· τῷ δὲ ὑγρῷ ποτὲ μὲν ἡ πέψις ἀρκεῖ μόνη, ποτὲ δὲ ἡ κένωσις, ἔστι δ' ὅτ' ἄμφω συμπίπτει. παλαιὸς μὲν οὖν ὁ λόγος οὗτός ἐστιν ὡς διὰ παντὸς ἕπεται ῥίγει πυρετὸς, οὐ μήν γε ἀληθὴς ὑπάρχει τὸ πάμπαν, οὐδ' ἂν διορίσηταί τις αὐτὸν προσηκόντως, ὥσπερ οὖν καὶ χρὴ διορίζεσθαι φιλικῶς μᾶλλον ἐξηγουμένους τὰ τῶν παλαιῶν, οὐ δυσμενῶς ἐξελέγχοντας, ἀλλ' ὅμως οὐδ' οὕτως ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος, οὐδ' ἂν διορισάμενοι φῶμεν ὅσα χωρὶς τῆς ἔξωθεν προφάσεως ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν ὁρμᾶται ῥίγη, πυρετὸν ἐξ ἀνάγκης αὐτοῖς ἀκολουθήσειν. ὦπται γὰρ οὐχ ἡμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς τῶν πρὸ ἡμῶν ἰατροῖς ἤδη ῥίγη συστάντα χωρὶς πυρετῶν, οὐ μὴν ἰσχυρά γε οὕτως ἐστὶν, ὡς τὰ τῶν ἀκριβῶν προηγούμενα

do consuevit. Ejusmodi rigoris remedium calfactio est, non sudor, vel vomitus, aut alvi dejectio. Quoniam autem, ut dictum est, et frigida causa et calida rigorem creat; calidae quidem, quae aërea sit, refrigeratio idoneum remedium *est*; humidae vero febris necessario succedit; sanatio vero *ejus* vacuatio est. At frigidae, quae aërea sit, calefactio remedium *est*, humidae vero aliquando sola concoctio sufficit, aliquando vacuatio; nonnunquam vero ambae competunt. Ac vetus quidem hic sermo est, *Rigori febrem semper succedere*, non tamen est in totum verus, ne etiamsi quis eum ut decet definiat. Quod etiam par est, amice definire potius veterum dicta interpretantibus, quam malevole redarguentibus. Veruntamen ne sic verus sermo est, nec si definientes dixerimus; *Qui citra externam causam e corpore nostro rigores concitantur, hos febrem necessario sequi*; quippe non nobis solis, sed etiam multis medicis qui nos praecesserunt, jam visi sunt sine febre rigores; non tamen ita vehementes sunt, ac qui legitimas tertianas quartanasve

τριταίων ἢ τεταρταίων, ἢ τὰ κρίνοντα πυρετοὺς καυσώδεις τε καὶ θερμούς. εἴωθε δὲ τὰ τοιαῦτα ῥίγη διαίταις ἕπεσθαι μοχθηραῖς, ἐμπιπλαμένων ἀργῶς ἀνθρώπων καὶ λουομένων ἐπὶ τροφαῖς πολλάκις. ὅταν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἐδεσμάτων αἱ ποιότητες πολλάκις ἐκ τῆς ψυχροτέρας τε καὶ φλεγματικωτέρας ὦσι κράσεως, ἑτοιμότατον ἁλῶναι ῥίγεσιν ἀνεκθερμάντοις τοὺς οὕτω διακειμένους. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲ τὸ μηδέποτε θεάσασθαι ῥίγη τοιαῦτα τοὺς παλαιοὺς ἰατρούς, ὡς ἂν μήτε πλημμελούντων εἰς τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν ἴσα τοῖς νῦν τῶν τότε, μήτε τῆς τῶν βαλανείων χρήσεως εἰς τοσοῦτον ἐπιπολαζούσης. ἀλλ᾽, ὡς εἴρηται ἀρτίως, τὰ τοιαῦτα ῥίγη φρικώδη μᾶλλόν ἐστιν ἢ κλονώδη. πρώτη μὲν γὰρ αἴσθησις ἡμῖν ἐπὶ τοῖς μοχθηροῖς περιττώμασιν ἀνωμαλίας γίγνεται, καὶ ὅταν γε δριμέα τὰ τοιαῦτα ὑπάρχῃ, δακνώδης ἐστὶν ἡ αἴσθησις· δευτέρα δὲ φρίκης μικρᾶς, εἶτα μείζονος, εἶθ᾽ οὕτω μεγάλης, ὡς ἤδη καὶ ῥίγους τι μετέχειν· εἶτα τοῦ ῥίγους αὐτοῦ μόνου κλονοῦντός τε καὶ διασείοντος τὰ μόρια. τοῦτο τὸ ῥῖγος ἐπὶ τοῖς ψυ[78]χροῖς χυμοῖς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο· τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ σφοδρῶς κινοῦνται οἱ τοιοῦτοι

praecedunt, aut qui ardentes febres finiunt. Solent fane ejusmodi rigores pravam fequi victus rationem, quum homines per otium fe repleverunt ac faepe a cibo fe lavarunt. Quum vero ipfae ciborum qualitates frigidioris faepe ac pituitofioris temperamenti fint, promptiffime fic affecti rigoribus, qui aegre calefiant, capiuntur. Non igitur mirandum eft antiquos medicos nullum ejusmodi rigorem vidiffe, hominibus, qui tunc vivebant, nihil perinde, ac qui nunc vivunt, in falubri victu peccantibus, fed nec in balneorum ufu tam frequenti. Verum, ficuti dictum mox eft, ejusmodi rigores horroris magis funt, quam concuffionis. Primus enim fenfus nobis ex vitiofis excrementis inaequalitatis accidit, quae quum et acria fuerint, mordacitatis fenfus eft; fecundus horroris exigui; deinde majoris; poftea magni ita, ut jam rigoris aliquatenus fit particeps; tertius rigoris ipfius folius partes agitantis et concucientis. Hic rigor a frigidis humo-

Ed. Chart. VII. [78.] Ed. Baf. III. (235.)

διὰ τὸ πάχος· εἰ δὲ λεπτυνθεῖέν ποτε καὶ οὗτοι, ῥῖγος μὲν οἴσουσιν, οὐ μὴν ἰσχυρότερον. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ τὴν αὐτὴν ἐπιδέξασθαι λεπτότητα φλέγμα λεπτυνθὲν, ἣν ἡ λεπτυνθεῖσα δέχεται ξανθὴ χολή. τὸ μὲν δὴ τοιοῦτον ῥῖγος οὐ πάνυ τι γιγνώσκουσιν οἱ παλαιοὶ ἰατροί· τὸ δ᾽ ἐν νοσήμασι θανατώδεσι γιγνώσκουσιν. λέγει οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἐν ἀφορισμοῖς, ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις ῥίγεσιν ὥρμησε μὲν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ διώσασθαι τὰ λυποῦντα, νικηθεῖσα δὲ καταπίπτει καὶ κατασβέννυται, καὶ διὰ τοῦτό ἐστιν ὀλέθριον τὸ σύμπτωμα. κατὰ δὲ τοὺς τεταρταίους ἐπίμικτον τὸ ῥῖγός ἐστιν ἐκ ψυχροῦ τε καὶ θερμοῦ. φύσει μὲν γάρ ἐστι ψυχρὸς χυμὸς ἡ μέλαινα χολὴ, σηπεδόνα δέ τινα προσλαβοῦσα, δι᾽ ἣν καὶ πυρετοὺς ἐξάπτει, τοσοῦτον ἐπικτᾶται θερμότητος, ὅσον καὶ σηπεδόνος. ὅτι μὲν οὖν ἕπεται ῥίγη κἂν τοῖς θερμοῖς αἰτίοις ἀπεδείξαμεν· ὅτι δὲ κἂν τοῖς τοιούτοις ἅπασι καταψύχονταί

ribus nunquam creatur. Principio enim ob crassitudinem vehementer hi humores non moventur; quod si aliquando attenuentur, rigorem quidem excitant, non tamen vehementiorem: neque enim potest eandem recipere tenuitatem attenuata pituita, quam attenuata recipit flava bilis. Ac talem quidem rigorem non admodum norunt antiqui medici; qui autem in lethalibus incidit febribus, hunc norunt. Ait igitur Hippocrates in aphorismis. *Si rigor febre non intermittente laborantem, fractis jam viribus, invadat, lethale.* In talibus enim rigoribus insurgit quidem natura in res noxias expellendas: sed victa concidit atque extinguitur; ob idque lethale symptoma est. In quartanis autem mixtus rigor ex calido frigidoque est; nigra namque bilis frigidus natura humor est; sed quum putredinem quandam sibi adjunxit, cujus causa febrem accendit, tantum possidet caloris, quantum etiam putredinis. Ac quod rigores quidem calidis etiam causis succedant, indicavimus. Quod autem in talibus quoque omnibus et perfrigerentur et exsan-

τε καὶ λειφαιμοῦσι, μάλιστα μὲν ὅσα τοῦ σώματος ἄκρα μόρια, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ τὸ δέρμα σύμπαν, ὅσα τ' ἐπιπολῆς ἐστιν ὑπ' αὐτῷ, καὶ διὰ τίνα τὴν αἰτίαν γίγνεται, τοῦτο σκεπτέον ἐφεξῆς. ἔστι δή τις ἐκ τῶν πρώτων καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἡγεμονικωτάτων κινήσεων ἡ ἔσω τε καὶ ἔξω φορὰ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἐπὶ πολλοῖς πάθεσι γιγνομένη ψυχικοῖς, ἅμα δ' αὐτῇ δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα, ποτὲ μὲν ἔσω τε καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέρεται καὶ συστέλλεται, ποτὲ δ' ἐκτὸς ἀποτείνεται καὶ χεῖται. αὐτῆς μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς τὴν οὐσίαν ἴσως μὲν καὶ κατ' ἄλλην τινὰ πραγματείαν ἀποφήνασθαι τολμηρὸν, ἐν δὲ τῇ νῦν ἐνεστώσῃ πρὸς τῷ τολμηρῷ καὶ περιττόν. ἔοικε δ' οὖν ἥ τις ποτ' ἂν ᾖ, δυοῖν θάτερον, ἤτοι πρώτοις ὀργάνοις εἰς ἁπάσας τὰς ἐνεργείας χρῆσθαι πνεύματί τε καὶ αἵματι καὶ τῇ θερμασίᾳ τῇ κατὰ θάτερόν τε καὶ συναμφότερον, ἢ ἐν αὐτοῖς τούτοις ὑπάρχειν. ἔνεστι δὲ ἐναργῶς θεάσασθαι τὰς κινήσεις αὐτῆς ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ μάλιστα τοῖς ψυχικοῖς πάθεσιν αὐτίκα φόβος τε καὶ θυμὸς, ὁ μὲν εἴσω τε καὶ πρὸς τὴν

gues appareant maxime quidem extremae corporis partes, cum his vero tum cutis universa, tum quae proxime sub ea sunt; et quam ob causam id accidat; id deinceps considerandum. Est igitur ex primis ac, ut ita quis loquatur, maxime principibus motibus ipsa naturalis caloris intro forasque delatio, quae multas animi perturbationes sequitur: simul autem cum ipso spiritus quoque ac sanguis alias intro et ad principium feruntur ac contrahuntur, alias foras tendunt et funduntur. Ipsius namque animae substantiam vel alio quovis opere definisse fortasse sit audacia; in eo vero quod nunc proponitur, praeter audaciam, etiam supervacaneum. Videtur tamen quaecunque ea fuerit, duorum alterum; vel primis ad omnes actiones instrumentis et spiritu et sanguine et calore tum alterius tum utriusque uti; vel in his ipsis esse. Licet autem motus ejus evidenter contemplari cum in aliis multis, tum maxime in ipsius perturbationibus. In praesentia sint timor et ira, ille quidem intro et ad princi-

ἀρχὴν ὑπάγει καὶ συστέλλει τό τε πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα σὺν τῷ καταψύχειν τὰ ἐπιπολῆς, ὁ δὲ ἀποτείνει τε καὶ χεῖ καὶ θερμαίνει. τὸ δ' ἀγωνιᾷν ὀνομαζόμενον ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχον σύνθετον, ἀνώμαλόν ἐστι ταῖς κινήσεσι. καὶ τοίνυν καὶ οἱ σφυγμοὶ τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ τῆς καρδίας μικρότατοι μὲν καὶ ἀτονώτατοι τοῖς φοβηθεῖσι, μέγιστοι δὲ καὶ σφοδρότατοι τοῖς θυμωθεῖσιν, ἀνώμαλοι δ' εἰσὶ τοῖς ἀγωνιῶσιν. ἐπὶ δὲ τῆς αἰδοῦς εἴσω μὲν πρῶτον ἡ κίνησις γίγνεται τῆς ψυχικῆς δυνάμεως, ἐπάνοδος δ' αὖθις ἀθρόα πρὸς τοὐκτὸς λαμβάνει· ὡς εἴγε μὴ ἐπανέρχοιτο, φόβος ἐστὶν, οὐκ αἰδώς. ἡ μὲν γὰρ αἰδὼς ἐξαίφνης γίγνεται, μηδὲν τῆς ψυχικῆς δυνάμεως προσδοκώσης κακὸν, ἀλλ', ὡς ἂν εἴποι τις, ὑπὸ μαλακίας τε καὶ δειλίας συμφύτου, μὴ φερούσης ἀνθρώπου πολὺ κρείττονος ὁμιλίαν, ἀλλ' ἀποδρᾶναί τε καὶ εἰ οἷόν τ' ἦν ἐκ ποδῶν γενέσθαι σπευδούσης. καὶ διὰ τοῦτο μόνον ἀποχωρεῖ πρὸς τὸ βάθος, οἷον ἀποδιδράσκουσα χωρὶς τοῦ καταψύχεσθαι. τοῦ λογισμοῦ δ' ἐπεγείροντος καὶ παρορμῶντος τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς,

pium tum ſpiritum tum ſanguinem una cum refrigeratione eorum, quae in ſummo corpore ſunt, adducit ac contrahit; haec vero et foras agit et fundit et calefacit; quae vero compoſita ex ambobus eſt, nominata agonia, inaequales habet motus. Itaque etiam pulſus tum arteriarum tum cordis timentibus minimi ac imbecillimi ſunt; iratis vero maximi et vehementiſſimi; agonia laborantibus inaequales. At in verecundia primum quidem intro agitur animalis facultatis motus; deinde rurſum confertim ad exteriora redit; quod ſi non redeat, timor eſt, non verecundia. Siquidem verecundia derepente fit, omnino nihil mali expectante animali facultate, ſed, ut quis dixerit, prae mollitia et nativa timiditate, hominis longe praeſtantioris ſocietatem non ferente, ſed fugam capere etiam, ſi fieri poſſit, pedibus ſtudente; ideoque ipſa veluti refugiens tantum citra ullam perfrigerationem in profundum recedit; ratione vero patibilem partem animi excitante atque impellente, quae terretur et verecun-

[79] ὅπερ ἐστὶ τὸ φο(236)βούμενόν τε καὶ αἰδούμενον, ἐπανέρχεταί τε καὶ κινεῖται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐν ὁμοίῳ μάλιστα τρόπῳ κινήσεως, ἐν οἵῳ περ ἂν ὅταν ἐπὶ ψυχρολουσίᾳ θερμασίας ἐπανάκλησις γίγνηται. ἐν δέ γε τοῖς φόβοις, ἅτε μηδ' ὅλως ἐπεγείροντός τε καὶ παρορμῶντος τοῦ λογισμοῦ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς, ἀεὶ καὶ μᾶλλον καταςβέννυται τὸ θερμὸν, ὥστε καὶ ῥιγοῦν ἐνίους αὐτῶν. ὅπερ δ' ἐν φόβοις ἀθρόως, τοῦτ' ἐν λύπαις κατὰ βραχὺ πάσχουσι, μεγέθει καὶ σφοδρότητι τῶν παθῶν, οὐχ ὅλῳ τῷ γένει διαφερόντων. καὶ τοίνυν καὶ ἀπέθανον ἤδη τινὲς ἐπὶ φόβοις ἐξαιφνιδίοις, ὅταν ἀσθενὲς φύσει ψυχάριον ἰσχυρῷ πάθει κατασχεθὲν ἀθρόως κατασβεσθῇ τε καὶ καταπνιγῇ. τὸ μὲν γὰρ σβέννυσθαι δι' αὐτὴν τοῦ πάθους γίγνεται φύσιν ἐν τῷ καταψύχεσθαι τὴν γένεσιν ἔχοντος· τὸ δὲ καταπνίγεσθαι διὰ τὸ συννεύειν τε καὶ φέρεσθαι πᾶν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὸ αἷμα. θυμωθεὶς δ' οὐδεὶς ἀπέθανεν, ὡς ἂν μήτε τῆς θερμότητος καταψυχομένης μήτε τοῦ τόνου λυομένου· χαρέντες μέντοι μεγάλως ἔνιοι τῶν μικροψύχων ἀνθρώπων ἀπέθανον, ὥσπερ καὶ φοβηθέντες· οὐ γὰρ ἅμα τόνῳ καὶ ζέσει κινεῖται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἡ ψυχικὴ

datur, et redit et foras movetur fimillimo motus modo, quo ex frigida lavatione caloris fit revocatio. In timore vero, quum ratio patibilem animi partem nec excitet nec inhortetur, perpetuo magisque extinguitur calor, ita ut etiam rigeant eorum nonnulli. Quod autem in timore confertim, id in triftitia paulatim patiuntur diffidentibus inter fe non toto genere, fed magnitudine et pathematis vehementia. Itaque etiam ex fubitaneo timore nonnulli jam interierunt, quum animula natura imbecilla vehementi pathemate detenta confertim et extincta et fuffocata eft. Nam extingui accidit propter ipfam affectus naturam in refrigerando generationem habentis; fuffocari autem, quod totus fanguis una commeet atque ad principium deferatur. At iratus nemo interiit, quod neque calor perfrigeretur, neque robur folvatur. Prae gaudio tamen ingenti nonnulli homines pufillanimes interierunt, quemadmodum et timore confecti; non enim una cum robore et fervore movetur ad exteriora animalis facultas;

δύναμις, ἀλλ' αὐτὸ τοὐναντίον, εἴ τι καὶ πρότερον εἶχε τόνου, τοῦτο νῦν ἐκλύει τε καὶ χαλᾷ· διαφορεῖται τοιγαροῦν, ὅταν ἐπιπλεῖστον χαλασθεῖσα φέρηται πρὸς τὸ ἐκτός. ὁ δὲ πόνος ἐναντίως κινεῖσθαι τὴν ψυχὴν ἀναγκάζων ὅμοια τῷ μεγίστῳ φόβῳ φέρει τὰ συμπτώματα. καὶ γὰρ ἀχροοῦσι καὶ καταψύχονται καὶ ῥιγοῦσι καὶ τρέμουσι καὶ μικροσφυκτοῦσι καὶ ἀσφυκτοῦσι καὶ τέλος ἀποθνήσκουσιν ὡσαύτως τοῖς ἐκπλαγεῖσιν. ὑποφεύγει γὰρ κἀν τούτοις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἡ ἔμφυτος θερμασία λυομένη θ' ἅμα καὶ κατασβεννυμένη. ὅπου δὲ θάνατον ἐπιφέρει τὰ τοιαῦτα τῶν παθῶν, οὐδὲν δήπου θαυμαστὸν εἰ καὶ λειποψυχίαν. οὔκουν οὐδ' ὅτι τὰ λειποψυχίας ἀκόλουθα συμπτώματα, τά τε ἄλλα καὶ ἡ ἀκούσιος ἔκκρισις τῶν περιττωμάτων ἕπεται οὐδὲν ἔτι χρὴ θαυμάζειν. ἀλλὰ γὰρ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ μηκύνειν ἔτι ὑπὲρ τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἰτέον. ὅταν οὖν ἐπὶ θερμοῖς τε ἅμα καὶ δακνώδεσι χυμοῖς γίνηται ῥῖγος, οὐδὲν θαυμαστόν ἐστι καταψύχεσθαι τὰ ἐκτὸς ἅπαντα, τῆς ψυχικῆς δυνάμεως εἰς τὸ βάθος συννευούσης ἅμα τῷ αἵματι. γίγνεται γὰρ αἴσθησις

ſed contra ſi quid prius habuit roboris, id nunc et exoluit et laxat; ergo quum plurimum laxata ad exteriora fertur, diſcutitur. Dolor autem contra quum animam cogat moveri, peraeque ac maximus timor, affert ſymptoma; etenim *laborantes* decolores apparent, rigent, tremunt ac pulſu ſunt parvo, atque eodem privantur, demum moriuntur ſimiliter iis qui perterrentur, refugit enim in his quoque ad principium innatus calor, ubi reſolvitur ſimul et extinguitur. Quum autem mortem afferant ejusmodi affectiones, nihil profecto miri eſt, ſi animi *excitent* deliquia. Ne igitur id quidem mirum eſt, ſi reliqua, quae animi deliquia ſequuntur, ſymptomata invehant, cum caetera tum excrementorum praeter voluntatem exitum. Caeterum pluribus in his morari praeſentis occaſionis non eſt, ſed ad propoſitum redeundum. Quum itaque rigor a calidis et mordacibus humoribus excitetur, mirum non eſt, ſi refrigerentur omnes externae partes, animali facultate una cum ſanguine in profundum commeante. Tunc enim fit ſenſus externarum par-

τηνικαῦτα τῆς τῶν ἐκτὸς ψύξεως, οὐ τῆς τῶν ἐν τῷ βάθει. καὶ γὰρ διψῶσιν ἰσχυρῶς ἔνιοι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὡς ἂν τῆς ἔνδον θερμασίας διαφυλαττομένης αὐτοῖς. ὅτι δὲ εὐλόγως τὰ τοιαῦτα τοῖς ῥιγοῦσι συμβαίνειν εἴωθεν, ἔνεστι κἀντεῦθεν συλλογίσασθαι. εἰ γὰρ καθ᾽ ἕν τι μέρος ἐρείδουσαι σφοδρότερον ὀδύναι λειποψυχίας τε ἅμα καὶ καταψύξεις ἐπιφέρουσιν, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν τὰς καθ᾽ ὅλον ἅμα τὸ σῶμα συνισταμένας, εἰ καὶ μὴ τὰς λειποψυχίας τε καὶ τοὺς θανάτους, ἀλλὰ τάς γε καταψύξεις ἐργάζεσθαι. εἰσὶ γὰρ ὁμογενεῖς καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ὀδύναις αἱ κατὰ τὸ ῥῖγος, ἀπολείπονται δὲ τῶν ἀναιρουσῶν μεγέθει καὶ χρόνῳ. καὶ γὰρ ἐλάττους εἰσὶ πολλῷ καὶ βραχυχρόνιοι. κωλικὴ μέντοιγε πολλάκις ὀδύνη δυοῖν ἐφεξῆς ἡμερῶν κατέσχε· ῥῖγος δ᾽ ὅσωπερ ἂν ᾖ σφοδρότερον, τοσοῦτον ὀλιγοχρονιώτερον γίγνεται. προσέοικε γὰρ ἡ κατ᾽ αὐτὸ κίνησις τῆς ψυχῆς οὐ τῇ κατὰ τοὺς φόβους, ἀλλὰ μᾶλλόν πως τῇ κατὰ τὴν αἰδῶ τε καὶ ψυχρολουσίαν. ἀναμάχεται γοῦν ἡ δύναμις καὶ διαγωνίζεται πρὸς τὰ λυποῦντα, μέχρι περ ἂν ἐκμοχλεύσῃ τε καὶ διώσηται πάντα. διά τε οὖν τὰς σφοδρὰς ἐμπτώσεις, καὶ ὅτι

tium frigoris, non earum quae funt in profundo; quippe quum vehementer fitiant eo tempore nonnulli, tamquam fervato calore in interioribus. Quod autem talia cum ratione rigentibus accidant, licet inde colligi. Si enim in una quapiam parte dolor vehemens infixus tum animi deliquia tum perfrigerationem inferat, mirum non eft eum, qui in toto fit corpore, etfi non animi deliquia mortemque, certe perfrigerationem efficere. Sunt enim dolores in rigore ejusdem cum caeteris omnibus doloribus generis; deficiunt autem ab iis qui interimunt, magnitudine et tempore, quippe quum et minores multo fint et brevioris temporis. Colicus namque dolor faepe duobus continuis diebus detinuit; rigor quanto eft vehementior, tanto brevioris eft temporis. Eft enim in eo fimilis animae motus non ei qui in timore, fed ei potius qui in verecundia ac frigida lavatione fit; pugnat itaque facultas ac certat contra ea, quae laedunt, quoad excufferit profligaveritque omnia. Ergo tum ob vehementes

κατὰ τὸ βάθος ἀθροισθεῖσα μετὰ πολλῆς ἐπανέρχεται θερμασίας, τὸν ἐπὶ τοῖς ῥίγεσι πυρετὸν ἐξάπτει, [80] τὴν ὕλην ἔχουσα σύμμαχον εἰς τὸ μέγεθος αὐτοῦ. εἰ δέ ποτε διαγωνιζομένη φθάσειε καμεῖν αὕτη, πρὶν διώσασθαι τὰ λυποῦντα, γίγνεται μὲν γὰρ καὶ τοῦτο δι' ἀῤῥωστίαν δυνάμεως, ἢ μέγεθος αἰτίου, θάνατος ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ, καθάπερ ἔμπροσθεν εἴρηται.

Κεφ. ϛʹ. Ὁπότε οὖν ἐνταῦθα τοῦ λόγου γεγόναμεν, ἐπιθῶμεν ἤδη τὴν κεφαλὴν αὐτῷ, βραχέσι κεφαλαίοις ἅπαντά τε τὰ προειρημένα περιλαβόντες, ὅσα τε λείπεται προσθέντες. αἱ μὲν βῆχες καὶ οἱ πταρμοὶ καὶ αἱ λύγγες καὶ τὰ ῥίγη τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως ἰσχυραὶ καὶ βίαιοι κινήσεις εἰσίν· οἱ δὲ σκορδινισμοὶ καὶ αἱ χάσμαι τῆς αὐτῆς μὲν, ἀλλὰ μέτριαι· μετριώτεραι δὲ κἀν ταῖς φρίκαις αἱ κινήσεις εἰσί· καὶ πολὺ δὴ τούτων μετριώτεραι αἱ κατὰ τὰς ἀνωμαλίας κινήσεις, ὥστε σχεδὸν οὐδὲ κινήσεις εἴποι τις τὰς τοιαύτας, ἀλλ' αἰσθήσεις μόνον ὑπάρχειν, οἷαί περ καὶ αἱ κατὰ τοὺς ἑλκώδεις κόπους αἰσθήσεις εἰσί. καὶ τούτων μᾶλλον ἔτι ἐν τῷ κνηστιᾷν.

impetus, tum quod in profundo collecta cum multo calore revertatur, febrem poft rigores accendit, materiam habens in magnitudinem ejus adjutricem. Si quando autem certans prius fatigatur, quam quae infeftant profligaverit (fit enim et hoc vel ob facultatis imbecillitatem, vel caufae magnitudinem) neceffario mors fequitur, ut prius eft dictum.

Cap. VI. Quum itaque huc orationem perduxerimus, jam imponamus illi fummam, praedicta omnia brevibus capitibus complexi, iis etiam quae deficiunt adjectis. Tuffis quidem et fternutatio et fingultus et rigores, excretricis facultatis validi violentique funt motus; pandiculatio et ofcitatio ejusdem quidem facultatis motus funt, fed moderati; in horrore vero etiam moderatiores motus funt; ac multo fane his moderatiores funt, quos inaequalitas ciet; ita ut ejusmodi motus dixerit quis propemodum motus non effe, fed tantum fenfus; cujusmodi fenfus in ulcerofa laffitudine advertuntur; atque hoc etiam magis in pruritu.

αἴσθησις γὰρ ἐν τούτῳ τῷ συμπτώματι μόνον ἐστὶ περιττωμάτων κνησμωδῶν· οὐδὲ γὰρ ὀνομάσαι δυνατὸν ἄλλως αὐτὰ, πλὴν εἰ νιτρώδη καὶ ἁλμυρά τις ἢ πικρὰ προσαγορεύειν ἐθέλοι, τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις αὐτῶν. ἔνεστι δὲ μαθεῖν περὶ αὐτῶν ἀπό τε τῶν ἔξωθεν, οἷον ἀκαλήφης τε καὶ σκίλλης καὶ ἅλμης καὶ θαλάττης, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα καὶ τούτων οὐδὲν ἧττον ἀπ' αὐτῶν τῶν κατὰ τὸ σῶμα. τοῖς γὰρ ἀλουτοῦσι καὶ ῥυπῶσι καὶ ἀπεπτοῦσι καὶ τροφὰς κακοχύμους ἐσθίουσι κνηστιᾷν συμβαίνει, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἐν ψώραις τε καὶ λέπραις, ὅτι πλείων τε καὶ παχύτερος ὁ χυμὸς ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι. καὶ διὰ τοῦτο κνῶνται μὲν ἐπὶ πλεῖόν τε καὶ μᾶλλον ἁπάντων ἄνευ τῆς τοιαύτης διαθέσεως κνηστιώντων· ὀνίνανται δ' οὐδὲν οὐδ' ἂν ἐκδείρωσιν ἑαυτοὺς κνώμενοι σφοδρότατα, διὰ τὸ μένειν ἐν αὐτοῖς ἐμπεπλασμένον τε καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐσφηνωμένον ἐν τῷ δέρματι τὸν λυποῦντα χυμόν. οὔτε γὰρ ὀλίγος οὗτος οὔτε λεπτός ἐστιν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀλουτησάντων μόνον ἢ ῥυπώντων, ἀλλὰ καὶ πλεῖστος καὶ παχὺς, ἐνίοτε δὲ καὶ γλίσχρος. ἅπαντα γοῦν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα κακοχυμίας ἐστὶν ἔγγονα, διαφέροντα

In hoc enim fymptomate pruritum excitantium excrementorum eft tantum fenfus; neque enim aliter ea nominare licet, nifi quis nitrofa ea et falfa vel amara nominare velit, talis namque natura eorum eft. Licet autem difcere tum ab externis, veluti urtica et fcilla et muria et mari et ejus generis reliquis, tum nihilo minus ab iis, quae in ipfo funt corpore. Nam illotos, fordidos, cruditate laborantes et pravi fucci cibos comedentes pruritus exercet; multoque magis in fcabie et lepra, quod in his affectibus et copiofior et craffior *fit vitiofus* humor; ideoque et diutius et magis fcabiunt, quam ulli alii, qui citra talem affectum pruriunt; nec tamen juvantur, nec fi feipfos immodice fcabendo excorient, quod ejusmodi noxius humor his infixus maneat, ac, ut quis dixerit, cuti impactus haereat; non enim hic exiguus et tenuis eft, ut in illotis aut forde affectis, fed et plurimus et craffus, interdum vero et glutinofus. Omnia igitur ejusmodi fymptomata vitioforum humorum funt foboles; diffident vero

Ed. Chart. VII. [80.] Ed. Baf. III. (236.)

δὲ ποιότητι καὶ ποσότητι τῆς αἰτίας, ἔτι τε πρὸς τούτοις ἡσυχίᾳ τε καὶ κινήσει. ὀλίγη μὲν γὰρ καὶ λεπτὴ καὶ ἁλμυρὰ καὶ ἀκίνητος ἐν τοῖς κνηστιῶσιν· ὀλίγη δὲ καὶ λεπτὴ καὶ δακνώδης καὶ ἀκίνητος ἐπὶ τοῖς ἑλκώδεσι κόποις· πολλὴ δὲ καὶ παχεῖα καὶ ἁλμυρὰ καὶ ἀκίνητος ἐν λέπραις τε καὶ ψώραις· ὀλίγη δὲ καὶ λεπτὴ καὶ δακνώδης καὶ βραχεῖαν ἔχουσα τὴν κίνησιν ἐν ταῖς φρίκαις. εἰ δ' ἤτοι κινηθείη σφοδρῶς ἢ πλείων ἢ δακνωδεστέρα γένοιτο, ῥῖγος, οὐ φρίκην ἐπιφέρει, μέγιστον μὲν ἡ πλείστη τε καὶ σφοδροτάτη καὶ δακνωδεστάτη καὶ σφοδρότατα κινουμένη, ἐλάχιστον δὲ, εἰ καθ' ἕν τι τούτων μετρίως αὐξηθὲν ἐκ φρίκης εἰς ῥῖγος μεταπέσοι. πάμπολλαι δὲ ἄλλαι μεταξὺ τοῦ τ' ἐλαχίστου ῥίγους ἐστὶ καὶ τοῦ μεγίστου, τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσαι παρά τε τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον κινεῖσθαι τὴν αἰτίαν καὶ παρὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον εἶναι δακνώδη, καὶ προσέτι τὴν ἐν τῇ ποσότητι διαφορὰν, ἔτι τε πρὸς τούτοις ἤτοι παρὰ τὸ πάσαις ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς, ἢ παρὰ τό τισιν ἢ τινι τὴν ποιοῦσαν τὸ ῥῖγος αἰτίαν ηὐξῆσθαι.

inter se causae tum qualitate tum magnitudine, itemque quiete et motu. Paucus enim tenuis, salsus, immotusque humor in iis est, qui pruriunt. Paucus, tenuis, mordens et immotus in ulcerosis lassitudinibus. Multus, crassus, salsus et immotus in lepra et scabie. Paucus, tenuis, mordax et cum exiguo motu in horroribus. Quod si vel vehementer moveatur vel copiosior mordaciorve sit, rigorem infert, non horrorem, maximum quidem, qui plurimus est et vehementissimus et mordacissimus et vehementissime movetur; minimum vero, qui propter quid unum horum mediocriter auctum ex horrore in rigorem degenerat. Sane complures alii inter maximum minimumque rigorem sunt *motus* excessu et defectu inter se dissidentes, prout causa magis minusve movetur, vel prout magis minusve mordax est; ad haec prout in quantitate est diversitas; praeterea prout causa rigorem excitans in dictis differentiis vel quibusdam, vel aliqua fue-

ταυτὶ μὲν οὖν [81] ἅπαντα τὰ συμπτώματα περὶ τὸ δέρμα καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸ σάρκας ἀθροιζομένης τῆς αἰτίας εἴωθε συνίστασθαι. βῆχες δὲ καὶ πταρμοὶ καὶ λύγγες, αἱ μὲν βῆχες ἐν τοῖς κατὰ πνεύμο(237)νά τε καὶ φάρυγγα καὶ θώρακα τῶν αἰτίων συνισταμένων· οἱ πταρμοὶ δὲ ἐν τοῖς κατὰ τὰς ῥῖνας· λύγγες δὲ ἐν τοῖς κατὰ γαστέρα καὶ στόμαχον. ἐν ἅπασι δὲ τοῖς εἰρημένοις κοινὸν ἡ τῶν λυπούντων ἐκκριτικὴ δύναμις, ἑαυτὴν ἐπεγείρουσα πρὸς τὰς σφοδροτάτας κινήσεις ὑπὲρ τοῦ διώσασθαι τὰ λυποῦντα, καθάπερ ἔμπροσθεν εἴρηται τά τ' ἄλλα περὶ τῆς γενέσεως αὐτῶν καὶ ὅτι κατὰ συμβεβηκός ποτε καὶ ὁ πταρμὸς τῶν κατὰ πνεύμονα συνεστώτων ὑγρῶν ἴαμα καθίσταται, μὴ γινόμενος ἐκείνων ἕνεκεν. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ τὸν στόμαχον, ἐφ' οἷς αἱ λύγγες συνίστανται, κατὰ συμβεβηκὸς ἐκκαθαίρουσιν οἱ πταρμοὶ, καὶ ταύτῃ γίγνονται λυγγῶν ἰάματα. συνεπωθοῦσι γὰρ τὴν κοιλίαν οἱ κατεπιγάστριοι μύες ἐκτεινόμενοί τε καὶ προστέλλοντες, ὡς βιαιοτέραν γίνεσθαι τὴν ἔμπτωσιν αὐτοῖς τοῖς λυποῦσιν αἰτίοις, ἃ διώσασθαι σπεύδει. εἴρηταί μοι σχεδὸν ἅπαντα

rit adaucta. Atque haec quidem omnia fymptomata circa cutim et in omnibus fubjectis illi carnibus acervata caufa confiftere confueverunt. Tuffes autem et fternutationes et fingultus, tuffes quidem in pulmone et faucibus confiftente caufa, fternutationes vero in naribus, fingultus in ventriculo et ftomacho. In omnibus autem dictis commune eft, quod expultricem facultatem feipfam ad vehementiffimos motus concitare, ut quae oblaedunt, ea propellat, ficut praediximus et reliqua quae ad ortum eorum *fpectant*, tum quod fternutatio per accidens aliquando humorum in pulmone confiftentium remedium fit, quamquam eorum caufa non fiat. Sic etiam ventriculum et ftomachum, in quibus fingultus confiftunt, fternutationes ex accidenti purgant, et hac ratione fiunt fingultuum remedia; nam abdominis musculi dum extenduntur et contrahuntur, ventriculum fimul impellunt, ut violentiorem impetum faciat in ipfas infeftantes caufas, quas feftinat expellere. Ac dixi fermè omnia tum

Ed. Chart. VII. [81.] Ed. Baf. III. (237.)

τὰ τῶν ψυχικῶν ἐνεργειῶν τε καὶ δυνάμεων συμπτώματα σὺν ταῖς ἀπογεννώσαις αἰτίαις αὐτά· κατὰ μέντοι τὸ πρῶτον ὑπόμνημα τῶν ἐν ταῖς φυσικαῖς ἐνεργείαις τε καὶ δυνάμεσι γιγνομένων συμπτωμάτων οὐδενὸς ἐπεμνήσθην, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῷδε κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου λέλεκταί τι καὶ περὶ ἐκείνων ἐπ' ὀλίγον, ἀλλά γε τὸν τέλεόν τε καὶ ἴδιον αὐτοῖς λόγον ἀποδώσομεν ἐν τῷ τρίτῳ τῷ μετὰ τοῦτον.

Κεφ. ζ. Νυνὶ δὲ πρὸς τὸ πάνθ' ἡμῖν ἐν τοῖς δύο συμπεπληρῶσθαι τὰ ταῖς ψυχικαῖς δυνάμεσι γενόμενα συμπτώματα, καὶ περὶ τῶν κατὰ τὰς ἡγεμονικὰς ἐνεργείας ἐροῦμεν. ἔστι μὲν οὖν κἀν ταύταις τρία τὰ πρῶτα γένη τῶν συμπτωμάτων· ἓν μὲν ἀπώλεια τῆς ἐνεργείας· ἕτερον δὲ βλάβη· τὸ δὲ τρίτον εἰς ἑτέραν ἰδέας ἐκτροπήν. ἀπώλεια μὲν ἐν ταῖς καλουμέναις μωρώσεσί τε καὶ λήθαις. ὦπται γὰρ οὐκ ὀλιγάκις ὡς εἰς ἀπόστασίν τινα κατασκήψαντα νοσήματα μώρωσιν ἢ λήθην ἐπήγαγεν. ἐνίους γοῦν καὶ γράμματα καὶ τέχνας τελέως ἐπιλαθο-

actionum, tum facultatum animalium, una cum caufis ipfa gignentibus, fymptomata. Verum in primo libro nullius, quod naturalibus actionibus facultatibusque fuperveniat, fymptomatis mentionem feci; in hoc fecundo ex fermonis confortio de illis quoque pauca loquuti fumus, verum abfolutam ac propriam ipfis difceptationem in tertio qui hunc fequetur libro faciemus.

Cap. VII. Nunc quo omnia, quae animalibus facultatibus oboriuntur fymptomata, duobus his libris fint abfoluta, de *fymptomatis* quoque ad principes actiones fpectantibus differemus. Sunt igitur in his tria prima fymptomatum genera; unum actionis abolitio, alterum *actionis* laefio, tertium *ejus* in alteram fpeciem mutatio. Abolitio quidem in ftultitia et oblivione; vifum namque non raro eft, morbos in abfceffum aliquem abeuntes ftultitiam aut vocatam oblivionem induxiffe. Vidimus enim quosdam, qui et literas et artes

μένους ἐθεασάμεθα καὶ μηδὲ τῶν σφετέρων ὀνομάτων μεμνημένους, ὁποῖόν τι καὶ ὁ Θουκυδίδης φησὶν ἐν τῷ λοιμῷ συμβῆναι· τινὰς γὰρ τῶν διασωθέντων ἀγνοῆσαι σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐπιτηδείους. ὤφθησαν δὲ καὶ διὰ γῆρας ἔσχατον ἔνιοι παραπλησίοις ἁλόντες συμπτώμασιν· ᾧ καὶ δῆλον, ὡς ἐπὶ καταψύξει γίνεται καὶ μώρωσις καὶ λήθη. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὰ φάρμακα τὰ τῶν τοιούτων συμπτωμάτων ποιητικὰ ψυχρὰ ταῖς δυνάμεσίν ἐστι. τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα συμπτώματα τὸ σῶμα αὐτὸ κατεψῦχθαι δηλοῖ τοῦ ἐγκεφάλου, ὥσπερ καὶ τὰ ἀποπληκτικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ διὰ φλεγματώδους χυμοῦ πλῆθος ἐν ταῖς κοιλίαις αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου συναθροισθέντος ἔοικε γίγνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ἐξαιφνίδιος ἥ τε γένεσις αὐτῶν ἐστι καὶ ἡ λύσις, οὐδαμῶς τούτου συμβῆναι δυναμένου κατὰ τὰς τῶν σωμάτων δυσκρασίας. αἱ δὲ μέτριαι βλάβαι καὶ οἷον νάρκαι τοῦ λογισμοῦ τε καὶ τῆς μνήμης ἐπὶ βραχυτέρᾳ καταψύ[82]ξει συμβαίνουσιν, ἤτοι διά τι τῶν εἴσω τοῦ σώματος ληφθέντων φαρμάκων ψυχρῶν, ἢ κατὰ

omnino fuerant obliti, imo nec propria nomina meminerant. Cujusmodi aliquid Athenis in peste accidisse memorat Thucydides; quosdam enim ex iis qui evaserant et se ipsos et suos necessarios ignoravisse. Jam visi sunt et propter extremum senium nonnulli similibus symptomatis tentari. Quo patet et fatuitatem et oblivionem ex refrigeratione creari. Quin etiam medicamenta, quae ejusmodi symptomata inducunt, sunt frigida facultatibus. Ac talia quidem symptomata ipsum cerebri corpus perfrigeratum esse docent, quemadmodum apoplexiae et epilepsiae ex pituitosi humoris multitudiue in ipsius cerebri ventriculis collecti gigni videntur. Proinde subitanea est earum tum generatio tum solutio, quod accidere per corporum intemperiem nullo modo potest. At mediocres tum rationis tum memoriae noxae et quasi torpores ex minore refrigeratione accidunt, veluti aut ex medicamento aliquo refrigeranti in corpus assumpto, aut

τῆς κεφαλῆς ἐπιτεθέντων, ἢ καὶ χυμοῦ ψυχροῦ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἠθροισμένου· καὶ παραφροσύναι δὲ πᾶσαι, πλημμελεῖς ὑπάρχουσαι κινήσεις τῆς ἡγεμονικῆς δυνάμεως, ἐπὶ μοχθηροῖς συνίστανται χυμοῖς ἢ δυσκρασίᾳ τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον. ὀνομάζονται δὲ φρενίτιδες μὲν αἱ μετὰ πυρετῶν, μανίαι δὲ αἱ χωρὶς τούτων, ποτὲ μὲν τοῖς δακνώδεσι καὶ θερμοῖς ἑπόμεναι χυμοῖς, ὁποῖος ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς ἐστι μάλιστα, πολλάκις δὲ κατὰ τὴν δυσκρασίαν τὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου συνισταμέναι· μόναι δ᾽ αἱ μελαγχολικαὶ παράνοιαι ψυχρότερον ἔχουσι τὸν αἴτιον χυμόν. ἡ μὲν γὰρ φρενῖτις οὐδὲ ἁπλῶς ἐπὶ θερμοῖς συνίσταται χυμοῖς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι κατά τε τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰς μήνιγγας. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πυρετοῖς αἱ παραφροσύναι πληθύνοντος ἐν ἐγκεφάλῳ γίγνονται τοῦ τοιούτου χυμοῦ· καὶ ὅσαι γε κατὰ τὰς ἀκμὰς συνίστανται τῶν ὀξυτάτων πυρετῶν, ἀτμὸν δακνώδη καὶ θερμὸν ἀναθυμιώμενον ἴσχουσιν ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον. αἱ δὲ μελαγχολικαὶ παράνοιαι πολυειδεῖς

capiti impofito, aut etiam frigido humore in cerebro collecto. Jam deliria omnia, quae depravati motus principis facultatis funt, in vitiofis humoribus confiftunt vel in eorum intemperie, quae funt in cerebro. Nominantur autem, quae cum febre funt, phrenitides, quae fine febre, maniae, quae interdum mordacas et calidos fequuntur humores, qualis maxime flava eft bilis; faepe etiam e calidiore cerebri intemperie ortum ducunt. Sola vero illa, quae melancholica vocantur, deliria frigidiorem humorem pro caufa habent. Nam phrenitis non fimpliciter a calidis humoribus ortum habet, fed etiam a phlegmone, quum in cerebro, vel ejus involucris generatur. In reliquis vero febribus deliria fiunt, ejusmodi humore in cerebro exuberante. Quae vero acutiffimarum febrium fummo incremento oriuntur, *hae* vaporem aliquem mordentem ac calidum ad cerebrum afcendentem *caufam* habent. Melancholica vero deliria multarum

Ed. Chart. VII. [82.] Ed. Baf. III. (237.)

μὲν εἰσι ταῖς κατὰ μέρος ὑπούλοις φαντασίαις, ἓν δ' αὐταῖς ἔοικεν ἁπάσαις ὑπάρχειν κοινὸν, ὃ πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται· ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον ἔχουσα διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. δυσθυμοῦσι γὰρ ἅπαντες ἀλόγως, οὐδ', ἢν ἐρωτήσῃς, ἔχοντες εἰπεῖν ἐφ' ὅτῳ λυποῦνται, δεδίασί τε ἐξ αὐτῶν οὐκ ὀλίγοι θάνατόν τε καὶ ἕτερά τινα μηδενὸς ἄξια δείματος· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ σφοδρῶς ἐπιθυμοῦσι θανάτου. τό γε μὴν ἐπὶ τῇ μελαίνῃ χολῇ καταλαμβανούσῃ τὴν ἀρχὴν τῆς λογικῆς ψυχῆς φόβους τε γίγνεσθαι καὶ δυσθυμίας καὶ θανάτου προσδοκίας, οὐδὲν θαυμαστόν. ὁρῶμεν γὰρ καὶ τῶν ἔξωθεν τοῦ σώματος οὐδὲν οὕτως ἡμῖν φοβερὸν, ὡς τὸ σκότος. ὅταν οὖν οἷον σκότος τι περιχυθῇ τῷ λογιστικῷ μορίῳ τῆς ψυχῆς, ἀναγκαῖον ἀεὶ φοβεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἂν ἀεὶ τὴν αἰτίαν τοῦ φόβου συμπεριφέροντα τῷ σώματι· ὅπερ γὰρ ἡμῖν ἔξωθεν γίνεται κατὰ χρόνον τινὰ, βαθυτάτου σκότους καταλαβόντος τὸν πέριξ ἀέρα, τοῦτο τοῖς μελαγχολῶσιν ἔνδοθέν τε κἀξ αὐτοῦ τοῦ σώματος ὁρμᾶται,

πυρετῶν. θαυμαστὸν γάρ εἶναί μοι δοκεῖ, πολλάκις μὲν ἄχρι τῆς τετάρτης ἢ πέμπτης, ἐνίοτε δὲ καὶ μέχρι τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἕνα παροξυσμὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐπ' αὐτῶν ἄχρι τελευτῆς γίνεσθαι. καί τοι γ' εἴ τις ἀκριβῶς ἐπισκέπτοιτο, θαυμασιώτερόν ἐστι τὸ κατὰ περίοδον παροξύνεσθαί τινας πυρετούς. ὃ γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν παράδειγμα τῆς κόπρου τῆς κατὰ μέρος σηπομένης, οὐ πάνυ τι συμβαίνειν δύναται ἐν τῷ τοῦ ζώου σώματι μιγνυμένων τῶν σηπομένων χυμῶν τοῖς ἀσήπτοις ἑτοίμως, ἅτε συμπνοίας οὔσης καὶ συῤῥοίας ἐκ πάντων εἰς πάντα. οὔκουν οἷόν τε γίνεσθαι τὴν σηπεδόνα καθ' ἕν τι μέρος ἄλλοτε ἄλλο, πλὴν εἰ φλεγμονὴ δήσασα κατέχει τὸν ἀρξάμενον σήπεσθαι χυμόν. ἐπεὶ τοίνυν εἰς τοὐναντίον ὁ λόγος περιέστησε, χαλεπώτερον δέ ἐστιν ἐξευρεῖν τὴν αἰτίαν τῶν κατὰ περίοδον παροξυνομένων πυρετῶν ἤπερ τῶν συνόχων, πειρατέον ὑπὲρ ἀμφοῖν διελθεῖν, οὐδ' ἐνταῦθα μηκύνοντας οὐδ' ἀντιλέγοντας τοῖς ἐσφαλμένοις, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἅπασι τοῖς ἔμπροσθεν ἐποιήσαμεν, αὐτὰ τὰ ἀληθῆ μόνα διερχόμενοι, ἐξ ὧν ὁρμώμενος ἄν τις εὑρίσκειν

mihi eſſe videtur ſaepe usque ad quartum vel quintum, et interdum usque ad ſeptimum diem unam fieri acceſſionem in eis ab initio usque ad finem. Quanquam ſiquis conſideret diligenter, magis mirum eſt quasdam febres per circuitus ſuas habere acceſſiones. Exemplum enim ſupra dictum a nobis de ſtercore particulatim putrescente, non omnino poteſt accidere, quum in corpore animalis putrescentes humores cum his, qui putredine vacant, facile misceri poſſint, utpote quum ex omnibus conſluxus conſpiratioque in omnia exiſtat. Quocirca minime fieri poteſt, ut putredo in una aliqua parte alias alia fiat, niſi inflammatio colligatum detineat incipientem putrescere humorem. Quum igitur ratio in contrarium cedat, difficiliusque ſit invenire cauſam febrium circuitione repetentium, quam ſynochorum, de utrisque nitemur diſſerere, neque hic producentes ſermonem, neque contradicentes erratis aliorum, ſed, ut in omnibus ante fecimus, veritatem ipſam tantummodo perſequentes, qua quivis excitatus

δύναιτο καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις διημαρτημένα. ἀρκτέον δὲ ἀπὸ τῶν ἐναργέστατα φαινομένων, ἅπέρ εἰσιν ὀφθαλμίαι τέ τινες, αἱ μὲν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, αἱ δὲ διὰ τρίτης ἡμέρας παροξυνόμεναι. φαίνονται δὲ καὶ ὤτων ἀλγήματα, καὶ κεφαλῆς ἤτοι συμπάσης, ἢ καὶ τοῦ ἡμίσεως, ὃ δὴ προσαγορεύουσιν ἡμικρανίαν· ἐνίοις δὲ καὶ ποδάγρα καὶ ἀρθρῖτις ὁρᾶται κατὰ περίοδον παροξυνομένη. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἰδεῖν ἔστι καὶ τὰς φλέβας ἐν τοῖς παροξυνομένοις μέρεσιν εἰς ὄγκον αἰρομένας, καὶ τὴν φλεγμονὴν αὐξανομένην, καὶ τὰς ὀδύνας ἐπιτεινομένας, καὶ ῥεῦμα περιττόν που προχεόμενον ἔξω, οὕτω χρὴ νοῆσαι κἀπὶ τῶν ἐντὸς ὅσα μὴ φαίνεται τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν σωζομένην ἔχοντα. ὥστε καὶ τὴν ἐν τῇ πλευρίτιδι καὶ τὴν ἐν τῇ περιπνευμονίᾳ φλεγμονὴν ἐξαίρεσθαι, μὲν ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν, διαφορεῖσθαι δὲ καὶ προστέλλεσθαι κατὰ τὰς παρακμάς. ὅπως δὲ γίνεται τοῦτο, τάχ᾽ ἂν εὕροιμεν, εἰ περὶ γενέσεως φλεγμονῆς καὶ τῶν καλουμένων ῥευματικῶν διαθέσεων ἀναμνησθείημεν, ὅσα δι᾽ ἑτέρων ἡμῖν ἐν τῷ περὶ ἀνωμάλου δυσκρασίας απο-

poffit deprehendere errata aliorum. Incipiendum igitur ab iis, quae manifeftiffime apparent, cujusmodi funt ophthalmiae quaedam, quarum hae quidem fingulis diebus, hae autem tertio quoque die accedunt. Accedunt quoque aurium dolores et capitis, vel totius, vel dimidii, quem nominant hemicraniam. Nonnullis vero etiam podagra ac dolor articularis repetit per circuitum. Ut igitur in his omnibus videre licet venas ipfas in partibus, quae paroxysmis infeftantur, in tumorem attolli et phlegmonen augescere et dolores intendi et fluxionem infignem foras procumbere; ita exiftimandum eft in partibus internis, quae minime apparent, fervari eandem proportionem. Verbi gratia per inflammationem pleuritides, ac peripneumoniae intumescere quidem inter initia acceffionum, discuti vero ac fubfidere per declinationem. Sed quonam modo id fiat fortaffe inveniemus, fi ea quae de inflammationis generatione et rheumaticis affectionibus vocatis alibi, ut in libro de inaequali intemperie, demonftrata funt, ad memoriam revocaverimus. Si enim fi-

δέδεικται. σὺν ἐκείνοις γὰρ ὅσον ἴδιόν ἐστι τοῦ νῦν λόγου προστεθὲν, ἀποχρήσει τοῖς παροῦσι ζητήμασι.

Κεφ. ιδ'. Τὸ τοίνυν ἐπιφερόμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς ῥεῦμα συγχωροῦσι μὲν ἅπαντες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπιῤῥεῖν, ἥτις δέ ἐστιν αἰτία, δι' ἣν ἐν ὡρισμένῃ περιόδῳ πολλάκις ἐπιῤῥεῖ, [144] λέγειν οὐκ ἔχουσιν, ὡς ἂν μὴ φιλοσοφήσαντες ὑπὲρ τῶν φυσικῶν δυνάμεων, ὑπὲρ ὧν ἐν (338) τρισὶ βιβλίοις ἡμεῖς ἐγράψαμεν, ἀποδεικνύντες ὡς αἱ πᾶσαι τέσσαρές εἰσιν, ὑφ' ὧν τά τε φυτὰ καὶ τὰ ζῶα διοικεῖται. μία μὲν οὖν ἐστιν ἡ τῶν οἰκείων ἑλκτική· δευτέρα δὲ ἡ καθεκτικὴ τούτων· καὶ τρίτη πρὸς ταύταις ἡ ἀλλοιωτική· καὶ τετάρτη γε πρὸς αὐταῖς ἡ τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτική. διττὸν δὲ δή που τὸ ἀλλότριόν ἐστιν ἅπασι τοῖς οὖσι, τὸ μὲν τῷ ποιῷ, τὸ δὲ τῷ ποσῷ. ἀθροίζεται μὲν οὖν τοῦτο διὰ τὴν ἐν τοῖς μορίοις τῶν δυνάμεων ἰσχὺν καὶ ἀῤῥωστίαν. ἂν μὲν γὰρ ἰσοσθενεῖς ὑπάρχωσιν, οἵ τ' ἐξοχετεύοντες πόροι τὰ περιττώματα κατὰ φύσιν ἔχωσιν, ὑγιαίνει τὰ μόρια· πλείονος δὲ ἀχθέντος ἢ ὅσον ἀλλοιοῦται, τὸ περιττὸν ἅπαν ἀναγκαῖον ἀποκρίνε-

mul cum illis adjecero quaecunque propria huic fermoni funt, praefentibus quaeftionibus fufficient.

Cap. XIV. Fluxionem igitur decumbentem in oculos omnes quidem concedunt a capite defluere; fed quaenam caufa fit, ob quam praefinito circuitu faepenumero defluat, dicere minime poffunt, ut qui nequaquam de facultatibus naturalibus philofophati fint, de quibus ipfi tribus libris perfcripfimus, indicantes omnes quatuor effe, a quibus plantae et animalia gubernantur. Una ergo eft, quae attrahit proprium alimentum; altera id ipfum detinet; tertia autem ab his alterat; quarta ab his aliena expellit. Alienum autem in omnibus rebus duplex eft, alterum qualitate, alterum quantitate. Id vero propter fitarum in ipfis partibus facultatum robur atque imbecillitatem colligitur. Nam fi quidem paribus fint viribus, et meatus deferentes excrementa fe habuerint fecundum naturam, partes ipfae fanae funt: fi vero plus quam alterari queat, affumptum fit, excrementum

Ed. Chart. VII. [144.] Ed. Baſ. III. (338.)

σθαι, πρὸς τῆς ἀποκριτικῆς δυνάμεως ὠθούμενον· εἰ δ' ἀῤῥωστήσειεν αὕτη, μένειν ἐν τῷ χωρίῳ, καὶ τὸ μὲν πολὺ βαρῦνόν τε καὶ διατεῖνον αὐτὸ, τὸ δὲ δριμὺ διαβιβρῶσκόν τε καὶ δάκνον, ὥσπέρ γε καὶ τὸ μὲν θερμὸν θερμαῖνον, τὸ δὲ ψυχρὸν ψύχον. ἐναργῶς δὲ φαίνεται ταῦτα κἀπὶ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα. προσενεγκάμενοι γάρ τινες ἔσθ' ὅτε σιτία πλέονα, ποτὲ μὲν ἐμεῖν ἀναγκάζονται ναυτιάσαντες, ἐνίοτε δὲ διαῤῥοίαις ἁλίσκονται. ὅπερ οὖν ἐνταῦθα διὰ μεγίστων εὐρυχωριῶν ἐκκρίνεται πρός γε τὸ ἐκτὸς ἐξερευγομένων τὸ περιττὸν, τοῦτ' ἐν ἄλλοις μέλεσι τοῦ ζώου διὰ λεπτῶν πόρων οὐκ ἐκτὸς, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταῤῥεῖ μέρη, ὠθούντων μὲν αὐτὸ τῶν ἰσχυροτέρων, ὑποδεχομένων δὲ τῶν ἀσθενεστέρων. ὠθεῖται δ' αὖθις κἀκ τούτων εἰς ἕτερα, καὶ ἐξ ἐκείνων εἰς ἄλλα καταῤῥεῖ, μέχριπερ ἂν εἰς τὰ πάντων ἀσθενέστερα κατασκήψῃ. παλινδρομῆσαι δ' αὖθις εἰς ἕτερα ἐντεῦθεν τῶν ἰσχυροτέρων ἀδύνατον αὐτὸ, καὶ διὰ τοῦτο κατά γε τὰς πληθώρας καὶ κακοχυμίας τὰ πάντων ἀσθενέστερα μόρια τὰ μὲν φλεγμοναῖς ἁλίσκεται, τὰ δ' ἐρυσιπέλασι,

omne excerni a facultate expultrice pulſum neceſſe eſt. Quod ſi haec imbecillis ſit, eodem in loco manere neceſſe eſt; atque ſi multum ſit, gravat eum ipſum atque diſtendit; ſi acre ſit, erodit et mordet; quemadmodum ſi calidum ſit, calefacit; ſi frigidum, frigefacit; atque haec perſpicua ſunt in iis, quae in ventre habentur. Quidam namque ingerentes plus alimenti, interdum vomere coguntur nauſeabundi, interdum alvi fluore corripiuntur. Quod igitur hic per maxima ſpatia excernitur eructantia foras excrementum, id in aliis partibus animalis per tenues meatus non foras, ſed ex aliis in alias transfluit partes; expellentibus quidem fortioribus, ſuſcipientibus vero debilioribus. Porro rurſus expellitur ex his in alias, atque ex illis in alias defluit, quousque in debiliſſimas omnium decumbat. Id autem rurſus recurrere inde in alias fortiores nequaquam poſſibile eſt. Atque ob eam rem per plethoram ac vitioſum humorem partes omnium debiliſſimae alias inflammatione, alias eryſipelate, vel

Ed. Chart. VII. [144.] Ed. Baſ. III. (338.)

τὰ δὲ ἕρπησι, τὰ δ᾽ ἄλλῳ τινὶ παθήματι, τὰ δὲ καὶ τὴν καλουμένην ἴσχει ῥευματικὴν διάθεσιν, ὑπὲρ ἧς ἰδίᾳ μοι γέγραπται. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν, ἤτοι τὸν ἐγκέφαλον, ἢ καὶ σύμπασαν ἐνίοτε τὴν κεφαλὴν, ἀθροίσασάν τι περιττὸν, ἐπί τι τῶν ἀσθενεστέρων ἀπώσασθαι μορίων, ἢ οὖς, ἢ ὀφθαλμοὺς, ἢ κρόταφον, ἢ χεῖλος, ἢ ὀδόντας, ἢ γνάθον, ἢ οὐρανίσκον, ἢ οὖλα, καὶ γαργαρεῶνα, καὶ παρίσθμια, καὶ τοὺς ἀδένας τοὺς ἐνταῦθα· κἄπειδὰν τούτων μηδὲν ἀσθενὲς ᾖ, καὶ θώρακι, καὶ πνεύμονι, καὶ φάρυγγι, καὶ στομάχῳ, καὶ γαστρὶ καταπέμπειν τὸ ῥεῦμα. καθάπερ οὖν ἡ κεφαλὴ πολλάκις ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων αἰτία γίνεται νοσήματος, οὕτω καὶ τῆς κατὰ τὸ ἧπαρ καὶ τὸν σπλῆνα φλεγμονῆς τῶν ὁμιλούντων τι μορίων, ἢ καὶ νὴ Δία τῶνποῤῥωτέρω κειμένων ἓν ἢ καὶ πλείω γεννᾷ τε καὶ αὐξάνει, καὶ ἀποῤῥεῖ, καὶ κατὰ περίοδον παροξύνει. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ὅμοιόν τι συμβαίνειν αὐτοῖς πάθημα τῇ κατὰ τὴν γαστέρα τῶν περιττωμάτων ἐκκρίσει. ὥσπερ οὖν εἴτις ἑώρα μὲν, ὅσον ἐκκρίνεται καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἠγνόει δὲ τὴν αἰτίαν τῆς ἐκκρίσεως,

herpetibus, vel alia quapiam affectione prehenduntur, aut habent affectionem, quam rheumaticam nominant, de qua feorfum fcripfimus. Quocirca minime mirum videri debet, cerebrum vel etiam totum interdum caput, ubi collegit aliquod excrementum, in aliquam partem debiliorem expellere, aut in aures, aut oculos, aut tempora, aut labrum, aut dentes, aut genas, aut palatum, aut gingivas, et gurgulionem, et tonfillas, et adenas ibi contentos. Atque ubi nullum ex his fuerit imbecille, in thoracem, pulmonem, fauces, gulam, ventriculum, fluxionem transmittit. Quemadmodum ergo caput faepenumero praedictorum cuique caufa morbi eft: ita inflammationis in jecore et liene proximarum aliqua partium, aut etiam mehercle, una longius pofitarum, vel plures, quae excrementa gignunt, augent, transmittunt et circuitibus repetunt. Ac nihil miri eft his accidere affectum fimilem excretioni excrementorum ventriculi. Quemadmodum igitur fiquis videret quidem quantum quotidie excernitur, ignoraret autem caufam excretionis, miraretur ordinem:

ἐθαύμαζεν ἂν τὴν τάξιν· οὕτως ὅστις οὐκ οἶδεν οὔτε τῆς γενέσεως τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ περιττωμάτων οὔτε τῆς ἐκκρίσεως τὴν αἰτίαν, ἀγνοεῖ δὲ καὶ διὰ τί τὰ μὲν εἰς τὸ ἐκτὸς ἀποῤῥεῖ, τὰ δ' εἰς ἕτερόν τι μεταῤῥεῖ μόριον, ἀπορεῖ τε καὶ θαυμάζει· τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐπιῤῥοῆς. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅστις οὐκ οἶδεν οὔτε τὰ πέμποντα τῷ ἥπατι τὸ περιττὸν οὔτε τὴν αἰτίαν, καθ' ἣν ἐπιπέμπεται, θαυμάζει τὴν ἀναλογίαν [145] τῶν ἐφ' ἥπατι πυρετῶν, ὁ δέ γε γνοὺς, ὅτι τὸ κατασκῆπτον εἰς τὸ σπλάγχνον ῥεῦμα τήν τε πρώτην εἰργάσατο τῆς φλεγμονῆς ἀρχὴν καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα παροξύνεσθαι τὸ πεπονθὸς αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἔχει, πέπαυται θαυμάζων.

Κεφ. ιέ. Διττὴ δὲ ἡ πρόφασίς ἐστι τῆς τοιαύτης ἐπιῤῥοῆς, μία μὲν, ἣν νῦν δὴ πέπαυμαι λέγων, ὅταν ἐξ ἑτέρων μορίων ἐπιπέμπηται τοῖς ἀσθενεστέροις τὰ περιττώματα· δευτέρα δ', ὅταν ἕλκηται, περὶ ἧς ἤδη λεκτέον, ἀρχὴν τῷ λόγῳ κἀνταῦθα τὰ πᾶσιν ἐναργῶς φαινόμενα ποιησαμένους. εἰ γὰρ ἐπαλείψαις τινὶ θαψίαν, ὄψει τοῦτον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ θερμότερόν τε τὸ μόριον ἴσχοντα καὶ εἰς ὄγκον οὐ σμικρὸν ἐξαιρόμενον. οὕτω δὲ καὶ εἰ παρὰ πυρὶ θάλψαις τὸ μέρος,

ita qui nescit neque generationis in capite excrementorum, neque excretionis caufam, ignorat autem et quamobrem haec foras decumbant, illa in aliquam aliam partem transfluant, haeret atque miratur influxus proportionem. Pari autem modo et qui ignorat, quae partes excrementum jecinori transmittant, miratur proportionem excitatarum ex jecore febrium. At qui novit decumbentem in viscus fluxionem et primum phlegmones initium dediffe, et fequentis acceffionis ipfam partem affectam autorem effe, mirari definit.

Cap. XV. Caeterum duplex caufa eft hujusmodi influxus humorum, una quam proxime indicavi, quum ex aliis partibus in alias debiliores excrementa transmittuntur; altera vero, quoties attrahuntur, de qua jam agendum, initio fermonis petito ab iis, quae omnibus perfpicua confeffaque funt. Si enim thapfiam illinas cuipiam, videbis parvo tempore partem huic effe calidiorem, atque in tumorem non parvum attolli. Nec fecus fi foveas partem quampiam juxta

Ed. Chart. VII. [145.] Ed. Baf. III. (338.)

ἢ ἀνατρίψαις ἰσχυρῶς, ἤτοι ῥητίνῃ καταχρίσας, ἢ πίττῃ μετρίως θερμῇ, κἄπειτ' ὀλίγον ὕστερον ἀποσπάσας ἀθρόως, ἢ εἰ καί τι προσαπολείψαις ὅτῳ δή ποτε μέρει θερμαῖνον φάρμακον. ὄψει γὰρ ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις εἰς ὄγκον ἐξαιρόμενον αὐτὸ, τῆς θερμασίας ἤτοι γ' ἕλκειν ἐφ' ἑαυτὴν, ἢ δέχεσθαι ῥεύματα πεφυκυίας. οὐ γὰρ ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι τὰ τοιαῦτα διορίζεσθαι, τὸ χρήσιμον εἰς τὸ προκείμενον ἔχοντας ἤδη καὶ χωρὶς τοῦ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν. ἐπιῤῥεῖν γὰρ ἀεὶ φαίνεται τοῖς ἰσχυρότερον θερμαινομένοις μορίοις ἐν μὲν τοῖς πληθωρικοῖς καὶ περιττωματικοῖς σώμασιν ἱκανῶς δαψιλὲς, ἐν δὲ τοῖς ἀπερίττοις ὀλίγον. ἐπιῤῥεῖ δ' οὐχ ἥκιστα καὶ τοῖς ὀδυνωμένοις. οὕτω γοῦν πολλάκις ἄκρον τὸν δάκτυλον τῆς χειρὸς ἐλαχίστῃ βελόνῃ νυχθείς τις, ὀδυνᾶται μὲν αὐτίκα, μικρῷ δ' ὕστερον φλεγμαίνει τε καὶ εἰς ὄγκον αἴρεται μέγιστον ἅπαντα τὰ πέριξ, ἐνίοις δὲ καὶ βουβῶνες ἐπανίστανται κατὰ τὰς μασχάλας, ἀπολαυσάντων τι τοῦ ῥεύματος τῶν ἀραιῶν τε καὶ σπογγοειδῶν ἐνταῦθα σωμάτων, ἃ δὴ καλοῦσιν ἀδένας. ἔστι δ' οἷς καὶ κατὰ μέσον τὸν βραχίονα

ignem, aut fortiter frices, aut ungas refina, aut pice modice calida, deinde paulo poft evellas univerfim; aut fi etiam ungas partem quopiam medicamento calido; videbis enim ex his omnibus ipfam attolli in molem, quia calor vel ad fe trahere, vel fuscipere foleat fluxionem. Verum necesse non eft in praefens talia definire, id quod utile eft inftituto jam habentes, etiam fine hujusmodi contemplatione. Semper enim in partes vehementius calescentes decumbere fluxio videtur, ubi corpora plena funt, atque abundant excrementis, admodum larga; ubi vacant excrementis, pauca. Decumbit praeterea maxime et in dolentes. Sic namque faepe cui fummus digitus manus minima acu punctus eft, ftatim dolet, et paulo poft partes quae circiter funt inflammationo laborant, atque in molem maximam tolluntur; quibusdam vero etiam bubones fub alis erumpunt, ubi acceperint aliquid fluxionis rara et fpongiofa, quae ibi habentur, corpora, quos nominant adenas. Quibufdam autem accidit id in medio

τοῦτο φαίνεται γιγνόμενον, οἷς ἂν ἀξιόλογος ἀδὴν ἐνταῦθ' ᾖ τεταγμένος. ἐναργέστατα δ' ὄψει τὸ λεγόμενον ἐφ' ὧν ἂν ἑλκύδριόν τι μικρὸν ἀφλέγμαντόν τε καὶ ἀνώδυνον ὄνυχος ᾖ πλησίον. εἰ γὰρ ἀμεληθείη τοῦτο, καὶ μὴ συνέρχοιτο, καὶ εἰς οὐλὴν ἄγοιτο, τῆς ἐπιτρεφομένης αὐτῷ σαρκὸς ὑπὸ τοῦ ὄνυχος θλιβομένης, ὀδυνᾶται μὲν πρῶτον, εἶθ' ἑξῆς ὅλος ὁ δάκτυλος, ἐνίοτε δὲ καὶ καρπὸς αὐτῶν ἢ πούς εἰς μεγίστην ἐξαίρεται φλεγμονήν· οὕτως ἄρα καὶ ἡ ὀδύνη ῥεῦμα τοῖς ὀδυνωμένοις ἐπάγει μορίοις, οὐ μὴν οὐδὲ τούτου τὴν αἰτίαν ἐνταῦθα λέγειν ἀναγκαῖον, ἑτέρωθι γὰρ εὐκαιρότερον λέλεκται, καὶ οὐδὲν αὐτῆς εἰς τὰ παρόντα δεόμεθα. φαίνονται γοῦν ἤδη σαφῶς αἰτίαι ῥευμάτων ἐξ αὐτῶν ὁρμώμεναι τῶν ῥευματιζομένων μορίων διτταί, μία μὲν ἡ ἐκ τῆς ἀναπτομένης ἐν αὐτοῖς θερμασίας, ἑτέρα δὲ ἡ ἐκ τῆς γινομένης ὀδύνης. τοῦ δ' ἤτοι πλέον, ἢ ἔλαττον, ἢ χρηστότερον, ἢ μοχθηρότερον ἐπιῤῥυῆναι τὴν αἰτίαν οὐκ ἔτ' ἐξ αὐτῶν ἔχει μόνον τῶν ῥευματιζομένων σωμάτων, ἀλλὰ τοῦ μὲν χρηστότερον ἢ μοχθηρότερον, ἐν τοῖς πέμπουσι μορίοις ἡ αἰτία, τοῦ δ' ἧττόν τε καὶ πλέον ἐν τοῖς συναμφοτέροις. αἱ μὲν γὰρ ἰσχυραὶ θερμασίαι

brachio, ubi infignis aden ea parte extiterit. Perfpicue id quod dicimus videre licet, quoties ulcus aliquod exiguum fine inflammatione ac dolore prope unguem fuerit. Si enim hoc contemnatur, neque coëat, et ad cicatricem deducatur, innata ipfi caro ab ungue preffa primum quidem dolet, deinde totus digitus, aliquando vero et eorum carpus, et interdum manus, vel pes in maximam deducitur inflammationem. Ita igitur dolor atttrahit in dolore affectas partes fluxionem; non tamen caufam hujus hic dicere oportet, alibi enim commodius eft dicta, nec illius in praefens indigemus. Videntur ergo jam caufae fluxionum ex partibus laborantibus fluxione ortae effe duplices. Una ex calore, qui in eis accenditur; altera ex dolore, qui fupervenit. Caufa autem, cur aut plus, aut minus, aut benignius, aut deterius influat, eft non in ipfis folum partibus laborantibus fluxione; fed cur benignius deteriusve influat, in ipfis partibus mittentibus caufa eft; cur autem plus minusve, in utrisque. Calor enim vehemens ac

τε καὶ ὀδύναι πλέον ἕλκουσιν, αἱ δ᾽ ἀσθενέστεραι μεῖον· οὕτω δὲ καὶ τὰ μὲν ἀπέριττα σώματα βραχύ τι τοῖς ἕλκουσι πέμπουσι, [146] τὰ δὲ περιττωματικά τε καὶ πληθωρικὰ τοσούτῳ πλέον, ὅσῳ περ ἂν ἐξεστήκῃ τοῦ κατὰ φύσιν. αὗται μὲν οὖν αἱ διαφοραὶ τῶν ῥευμάτων χωρὶς τῆς τῶν ῥευματιζομένων ἀσθενείας γίνονται. ἕτεραι δὲ διά τε τὴν τούτων ἀσθένειαν καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν πεμπόντων τὰ περιττώματα. πᾶσαι γὰρ αἱ χωρὶς τοῦ τρωθῆναι καὶ (339) θλασθῆναι καταλαμβάνουσαι τὰ μόρια φλεγμοναὶ περιττωμάτων τινῶν κατασκηπτόντων ἐξ ἰσχυροτέρων εἰς ἀσθενέστερα γίνονται· συνεξάπτουσι δ᾽ εὐθὺς αἱ τοιαῦται φλεγμοναὶ καὶ πυρετοὺς, ὅταν ἤτοι διὰ μέγεθος, ἢ γειτνίασιν ἡ ἐξ αὐτῶν θερμότης ἐπὶ τὴν καρδίαν ἐξικνῆται. σήπεται μὲν οὖν ἐν πάσαις ταῖς φλεγμοναῖς τὰ κατασκήψαντα περιττώματα διὰ τὰς εἰρημένας ἔμπροσθεν αἰτίας· οὐχ ὁμοίως δὲ σήπεται τὰ πάντα, τῷ τὰ μὲν εἶναι φλεγματικὰ, τὰ δὲ μελαγχολικὰ, τὰ δὲ πικρόχολα. σηπομένων δὲ αὐτῶν ἀνάπτεται θερμασία παρὰ φύσιν ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ, συνεκθερμαίνουσα μὲν,

dolor plus, debilior minus attrahit. Itidem corpora excrementis vacua exiguum quiddam trahentibus mittunt; excrementofa autem ac plethorica tanto plus mittunt, quanto ab ipfo naturae habitu longius recefferint. Atque hae quidem fluxionum differentiae fine debilitate partium fluxione laborantium exiftunt; aliae vero et ob harum debilitatem ac robur mittentium excrementa efficiuntur. Omnis enim inflammatio fine vulnere ac collifione prehendens partem, excrementis quibusflam decumbentibus ex robuftioribus in debiliora, exiftit. Talis autem inflammatio ftatim accendit febrem, quoties aut ob magnitudinem, aut vicinitatem calor ex ea ad cor pervenerit. Decumbentia igitur excrementa in omni inflammatione putrescunt propter caufas prius dictas. Nec fimiliter omnia putrescunt, eo quod quaedam funt pituitofa, alia melancholica, nonnulla biliofa. Ipfis autem putrescentibus accenditur calor praeter naturam in parte inflammatione affecta, fimul quidem calefaciens quaecunque primae

ὅσα πρῶτα ψαύει τῶν φλεγμαινόντων μορίων, εἶθ' ἑξῆς τὰ συνεχῆ τούτοις, ὑφ' ὧν αὖθις ἕτερα τῷ τῆς γειτνιάσεως λόγῳ θερμανθέντα, καὶ πάλιν ὑπ' ἐκείνων ἕτερα, διακομίζει τὴν θερμασίαν ἐνίοτε μέχρι τῆς καρδίας. ἥτις μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι διάθεσις, ἔν τε τῷ περὶ τῆς ἀνωμάλου δυσκρασίας εἴρηται λόγῳ κἀν τῷ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων. ὅτι δ' ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς αἷμα σήπεσθαι πολλάκις ἅμα τοῖς ἐπιῤῥυεῖσιν, ἐν τῷδε λεχθήσεται.

Κεφ. ιστ'. Τὸ κατασκῆψαν ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἕτερον περίττωμα ποτὲ μὲν οὕτως ἐστὶ πολὺ καὶ μοχθηρὸν, ὡς βλάψαι τοῦ ῥευματισθέντος μορίου τὴν δύναμιν· ἐνίοτε δὲ οὕτως ἐπιεικές τε καὶ ὀλίγον, ὡς μηδὲν ἀδικῆσαι τὸ ὑποδεξάμενον σῶμα. εἰ μὲν δὴ βλάψει τὴν δύναμιν εἰς τοσοῦτον, ὡς ἔκλυτόν τε γίνεσθαι καὶ μηκέτι κρατεῖν ὧν ἔμπροσθεν ἐκράτει, σήπεσθαι τηνικαῦτα ἀναγκαῖον ἤδη καὶ τῷ αἵματι, κατὰ διττὸν λόγον, ὅτι τε τὸ μὴ κρατούμενον ὑγρὸν ὑπὸ τῆς οἰκείας θερμότητος ὑπόλοιπον ἔχει τὴν εἰς σηπεδόνα μετάστασιν, ὅτι τε τοῖς περιττώμασι σηπομένοις συνδιασήπεται. εἰ δὲ

tangunt inflammatione obfeffas partes, deinde illis continuas, ex quibus rurfus aliae ratione vicinitatis calefactae, rurfusque aliae ab illis usque ad ipfum cor deferunt interdum caliditatem. Sed quaenam fit difpofitio in parte inflammatione affecta, diximus in libro de intemperie inaequali, et item in libro de tumoribus praeter naturam. Quod autem neceffe fit contentum in ea fanguinem putrefieri faepenumero fimul cum materia quae influxit, in hoc dicetur.

Cap. XVI. Quod igitur excrementum ex una parte in aliam decubuit, interdum adeo multum pravumque eft, ut partis fluxione laborantis facultatem laedat; interdum adeo mite ac exiguum, ut fuscipiens corpus minime offendat. Si igitur adeo facultatem laedat, ut exolvatur, nec praeterea evincat ea, quae prius vincebat, tunc fanguinem putrefieri neceffe eft duplici ratione; et quia humor minime evictus a calore proprio reliquam habet in putredinem mutationem; et quia fimul cum excrementis putrescentibus putrescit. Sin

μὴ βλάψειεν εἰς τοσοῦτο τὴν δύναμιν, ὡς ἐκλυθεῖσαν ἡσυχάσαι παντάπασιν, ἡμιμόχθηρόν τι καὶ οἷον ἡμίσαπὲς ἐν τῇ τοιαύτῃ καταστάσει γίγνεται τὸ αἷμα, τῇ μὲν τῶν σηπομένων περιττωμάτων γειτνιάσει συνδιασηπόμενον, ἐν δὲ τῷ κατὰ φύσιν ἑαυτοῦ διαμένον τοσοῦτον, ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ τῆς διακοσμούσης αὐτὸ δυνάμεως. ὁποτέρως δ᾽ ἂν ἔχῃ, τό τε κατὰ τὴν πρώτην σηπεδόνα θερμὸν ἀναπτόμενόν ἐστι μὲν πάντως δριμύτερόν τε καὶ δακνωδέστερον τοῦ κατὰ φύσιν, αὐξάνεται δ᾽ εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον ἂν καὶ ἡ τῶν περιττωμάτων φύσις ἐξαρκῇ. παραπλήσιον γάρ τινα λόγον ἔχει ταῦτα πρὸς τὴν ἐξ αὐτῶν ἀναπτομένην θερμασίαν, οἷόν περ τὰ ξύλα πρὸς τὸ πῦρ. ἐξ αὐτῶν μὲν γὰρ τῶν ξύλων ἀλλοιουμένων γεννᾶται τὸ πῦρ, οὐ μὴν εἰς ἄπειρόν γε χρόνον ἐξαρκεῖ ταῦτα πρὸς τὴν ἀλλοίωσιν, ἀλλ᾽ ἔστιν ὅρος αὐτοῖς τῆς μεταβολῆς ἡ τῆς ἐνυπαρχούσης ἰκμάδος ἀπώλεια, μέχρι τοσούτου καίεσθαι δυναμένοις, ἄχρι περ ἂν ἔχῃ τι τῆς συμφύτου νοτίδος· ἐκδαπανηθείσης [147] δὲ ταύτης, πέπαυταί τε καιόμενα καὶ τὸ λείψανον αὐτῶν καλεῖται τέφρα. καὶ δὴ καὶ τῶν διασηπομένων χυμῶν ὡσαύτως ἡ θερμασία διαμένει μέχρι περ ἂν ὀπτηθῶσι

non tantum laedat vires, ut exolutae penitus quiescant, femipravus et tanquam femiputris in tali conftitutione fanguis efficitur; vicinia quidem putrescentium excrementorum fimul putrescens, perfiftens tamen in fua ipfius natura, quantum eft in ratione facultatis ipfum conficientis. Utcunque autem fe res habeat, accenfus calor pen primam putredinem penitus acrior ac mordacior eft, quam dum fecundum naturam fe habet, atque tantum crescit, quantum natura ipfa excrementorum fufficit. Haec enim talem habent rationem ad calorem ex eis accenfum, qualem ligna ad ignem obtinent, ex ipfis enim lignis dum alterantur generatur ignis; haec tamen minime in infinitum tempus fufficiunt ad alterationem, fed terminus alterationis ipfis eft humoris innati confumptio; nam eousque cremari queunt, dum innatum habuerint humorem; atque eo confumpto cremari definunt, ac reliquiae eorum nominantur cinis. Quinetiam putrescentium humorum fimiliter calor permanet, dum prorfus

τελέως· ὀλίγον δ᾽ εἰκὸς τὸ τῶν χυμῶν γίγνεσθαι γεῶδες λείψανον, οὐχ ὥσπερ τὸ τῶν ξύλων πολὺ, διότι κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἐπικρατεῖ τὸ ὑγρὸν στοιχεῖον, οὐ τὸ ξηρόν. οὕτω δ᾽ εἰ καὶ τῶν ἐκτός τινα χυμῶν ἕψειν ἐθέλοις, οἷον ἔλαιον ἢ οἶνον, ὀλίγιστον μὲν αὐτοῦ καταλείψεις γεῶδες, τὸ ἄλλο πᾶν εἰς ἀτμόν τε καὶ ἀέρα λεπτυνθὲν οἰχήσεται. καὶ τοίνυν τῶν ζεσάντων ἐπὶ τῇ σηπεδόνι χυμῶν λεπτυνθέντων ὑπὸ τῆς θερμότητος, εἰς τὸ περιέχον ἡ οὐσία σκίδναται πᾶσα κατὰ τὰς ἀκμάς τε καὶ παρακμὰς τῶν πυρετῶν, ὑπολείπεται δ᾽ ἤδη παντάπασιν ὀλίγον περιττὸν, ἢ οὐδέν· ἐν μὲν τοῖς παχυτέροις χυμοῖς, ὀλίγον, ἐν δὲ τοῖς ὀῤῥωδεστέροις οὐδέν. εἰ μὲν δὴ μή τις ἀσθένεια ἐγγένοιτο τῇ τοῦ φλεγμήναντος μέρους δυνάμει, μήτ᾽ αὖθις ἐπιπέμποιτο περιττώματα, πέπαυταί τε τὸ νόσημα, καὶ δεύτερον οὐκ ἂν ἔτι πυρέξειεν ὁ ἄνθρωπος, οὔτε κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν, οὔτε διὰ τρίτης, οὔτε διὰ τετάρτης· εἰ δή τοι κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐπιπέμποιτο, καθ᾽ ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐπέμφθη τῷ μέρει τὰ περιττώματα, ἢ εἰ ταῦτα μὲν οὐκ ἔτι

fint affati; par eft autem reliquias humorum terreftres exiguas effe, nequaquam multas, quemadmodum lignorum; propterea quod in fubftantia eorum elementum humidum exuperat, non ficcum. Simili modo fi libeat coquere humorum externorum quempiam, ut oleum, aut vinum, terreftre quidem ejus quod minimum relinquetur, reliquum autem totum extenuatum in vaporem atque aërem difcedet. Itaque tota fubftantia fervefactorum humorum ex putredine extenuatorum ab ipfo calore in ambientem difpergitur per vigorem declinationemque febrium; remanet autem jam excrementum omnino exiguum, vel nullum; in humoribus quidem craffioribus exiguum, in ferofioribus autem nullum. Quod fi nulla debilitas extiterit virium partis inflammatione laborantis, nec rurfus mittantur excrementa, et morbus folutus eft et pofthac haud iterum febricitaverit homo, neque fequenti die, neque tertio quoque die, neque quarto quoque. Quod fi ob eandem caufam mittantur excrementa, ob quam ab initio parti mittebantur, aut fi haec quidem non amplius

Ed. Chart. VII. [147.] Ed. Baf. III. (339.)

πέμποιτο, παραμένοι δὲ ἡ τῆς δυνάμεως ἀῤῥωστία, δεύτερον ἀνάγκη πυρέξαι τὸν ἄνθρωπον. ὑποκείσθω γὰρ πρότερον ἐῤῥωμένη μὲν ἡ τοῦ μορίου δύναμις, ἀθροιζόμενα δ᾽ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τὰ περιττώματα κατὰ τὰ πρῶτα ἀποπέμψαντα μόρια, τοιαῦτά τε τὴν ποιότητα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος, οἷα καὶ ὅσα τὴν ἀρχὴν ἔπεμψεν. ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον, οἷς ἄν ἥ τε διάθεσις τῶν πεμπόντων ἡ αὐτὴ διαμένῃ καὶ τῆς ἑλκομένης εἰς αὐτὰ τροφῆς ἡ ποσότης τε καὶ ἡ ποιότης. ἀνάγκη γὰρ, οἶμαι, τὸ ἴσον καὶ ὅμοιον ὑπὸ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἀλλοιούμενον, ἴσα καὶ ὅμοια ποιῆσαι περιττώματα. καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ τῆς ἀθροίσεως αὐτῶν χρόνος ἐξ ἀνάγκης ἴσος ἔσται. τὰ γὰρ τρεφόμενα μόρια μέχρι περ ἂν ὁμοίαν ἔχῃ τὴν κατάστασιν, ὑπὸ τῆς αὐτῆς τρεφόμενα τροφῆς, ἴσα τε τῇ ποσότητι καὶ ὅμοια τῇ ποιότητι καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ χρόνου προθεσμίαν ἀθροίσει τὰ περιττώματα. καὶ μέν τοι κατὰ τὴν αὐτὴν περίοδον ὁρμήσει πρὸς τὸ ταῦτα ἀπωθεῖν τε καὶ πέμπειν τοῖς ἀσθενεστέροις· εἴγε δὴ τότε πρῶτον ἡ ἀποκριτικὴ δύναμις ὁρμᾷ πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν, ὅταν ἤτοι βαρύνηται τῷ πλήθει τῶν περιττωμάτων, ἢ δυσχεραίνῃ τῇ

mittantur, fed permaneat virium debilitas, denuo febricitare hominem neceffe eft. Subjiciatur enim primum facultas partis robufta, tempore vero interveniente eisdem in partibus, quae prius transmiferant, collecta effe excrementa paria quantitate et qualitate his, quae initio transmiferant. Hoc vero accidit his in quibus difpofitio mittentium, et attracti ad ipfas alimenti quantitas et qualitas eadem permanet. Neceffe enim eft, aequale ac fimile, quod ab eadem alteratur facultate, aequalia ac fimilia facere excrementa. Quinetiam tempus collectionis eorum neceffario aequale erit. Partes enim quae aluntur, quoad fimilem habuerint conftitutionem ab eodem nutrita alimento, aequalia quantitate et fimilia qualitate, atque eodem praefinito temporis tractu colligent excrementa. Quinetiam eodem circuitu incitantur ad expellenda ea atque mittenda debilioribus, fiquidem tunc primum expellendi facultas excitatur ad actionem fuam, ubi gravatur multitudine excrementorum, aut qualitate divexa-

ποιότητι. δέδεικται δὲ ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν, ἐν οἷς χρὴ γεγυμνάσθαι τὸν μέλλοντα σὺν ἀποδείξει μαθήσεσθαι τὰ νῦν λεγόμενα, μεγάλων γε τῶν ἄθλων αὐτῷ προκειμένων ἐκ τῆς τοιαύτης θεωρίας εἰς τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον. ἵνα γὰρ ἅπαντα παραλίπω τἄλλα τὰ μέλλοντά γε λεχθήσεσθαι κατ' ἐκείνην τὴν πραγματείαν, ἑνός γε μόνου μνημονεύσω, προχειροτάτου τε καὶ πολλάκις ὑφ' ἡμῶν γεγονότος, ὀφθαλμίας παροξυνομένης κατὰ περίοδον· οὐ μικρῶς οἶμαι προτραπήσεσθαι τὸν ἀκούσαντα τὴν νῦν ἡμῖν διαπεραινομένην ἐκμαθεῖν θεωρίαν· ἔμπαλιν γὰρ ἢ ὡς οἱ καλοῦντες ἑαυτοὺς ὀφθαλμικοὺς ἐθεραπεύσαμεν ἀεὶ τὰς τοιαύτας ὀφθαλμίας, ἐκείνων μὲν ἀεὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς παρεχόντων πράγματα, ἡμῶν δέ ποτε καθάρσει χρησαμένων, ποτὲ μὲν λουτρῷ, ποτὲ δὲ ἀκρατοποσίᾳ, ὡς Ἱπποκράτης [148] λέγει, ποτὲ δὲ φλεβοτομίᾳ, ποτὲ δ' ἀμφοτέροις, ἢ κλυστῆρι μετὰ φλεβοτομίας, εἶτ' ἔσθ' ὅτε μὲν εὐθὺς ἐπὶ τοῖσδε παυσαμένων, ἔσθ' ὅτε δὲ μετὰ τοῦ προνοή-

tur. Sed de his omnibus in commentariis de facultatibus naturalibus definitum jam eft; in quibus exercitatum esse convenit eum, qui quae nunc dicuntur, fit cum demonftratione intellecturus; magno quidem praemio ipfi propofito ex tali contemplatione ad curandi viam et rationem. Nam ut alia omnia omittam, quae fum dicturus in eo libro, unius tantummodo faciam mentionem, quod maxime quidem in promptu eft, quodque ipfi faepenumero fecimus, ophthalmiae fcilicet per circuitionem repetentis. Spero enim id non parvum incitamentum fore lectoribus ad eam, quam hoc loco tradimus, condiscendam doctrinam. Contra enim quam ii, qui fe nominant ab oculorum curatione ophthalmicos *ocularios medicos*, curavimus femper hujusmodi ophthalmiam. Nam quum illi femper oculis negotium facefferent, nos interdum purgatione, interdum balneo, interdum meri potione, ut Hippocrates dicit, interdum fanguinis miffione, interdum utrisque, vel clyftere cum fanguinis miffione ufi fumus; atque interdum ftatim his adhibitis defivit, quandoque etiam

σασθαι τῆς κεφαλῆς. ἅπαντες γὰρ οἱ οὕτω θεραπευθέντες ἢ οὐδ' ὅλως ἔτι παρωξύνθησαν, ἢ ἅπαξ μόνον, ἔλαττον πολὺ τοῦ πρόσθεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν θεραπευτικῶν διορισμῶν τε καὶ γνωρισμάτων οὐ νῦν λέγειν καιρός· ὅτι δ' ἐγχωρεῖ ποτε μὲν τὴν ὅλην κεφαλὴν ἤτοι μηδὲν πεπονθυῖαν, ἀλλ' αἵματι μοχθηρῷ καὶ περιττωματικῷ τρεφομένην, ἀθροίζειν περιττώματα πλείω τε καὶ μοχθηρότερα τῶν ἔμπροσθεν, ὡς μηκέτ' αὐτοῖς ἀρκεῖν τὰς φυσικὰς ἐκροάς τε καὶ περιπνοὰς, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι τὴν φύσιν ὠθεῖν τὸ περιττὸν εἴς τι τῶν ἀσθενεστέρων μορίων· ἢ τῶν μὲν χυμῶν ἐχόντων κατὰ φύσιν, αὐτῆς δέ τι πεπονθυίας, ἢ καὶ συνελθόντων ἀμφοῖν ἀθροίζεσθαί τε τὰ περιττώματα καὶ κατασκήπτειν εἴς τι μόριον, ὁ ἐνεστὼς λόγος ἐπιδεῖξαι σπουδάζει. μέχρι γὰρ ἂν ὅ τ' ἐπιῤῥέων χυμὸς ὅμοιος ᾖ, καὶ τῆς κεφαλῆς ἡ διάθεσις ἡ αὐτὴ, μέχρι τοσούτου τά τε περιττώ(340)ματα κατὰ τὸν ἴσον ἀθροισθήσεται χρόνον ὅμοιά τε καὶ ἴσα, καὶ οἱ παροξυσμοὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὅμοιοι γενήσονται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, εἰ καὶ μὴ συμπάσης τῆς κεφαλῆς, ἀλλ' ἑνός γέ τινος

ubi capiti fuiſſet proſpectum. Omnes enim qui curati ſunt, aut omnino acceſſionem non habuerunt, aut ſemel ſolum, ſed multo leviorem quam prius. Sed de medendi decretis ac indiciis nequaquam nunc diſſerendi tempus eſt. Caeterum quod accidat interdum totum caput aut minime affectum, ſed ſanguine pravo atque excrementoſo nutritum, colligere excrementa plura ac vitioſiora, quam ante, ita ut nequaquam eis ſufficiant naturales effluxus ac perſpiratus, ſed cogatur natura expellere excrementum ad aliquam partem debiliorem; aut ſi humores ſecundum naturam ſe habeant, ipſum autem affectum ſit, aut etiam ambo concurrant, colligi excrementa, atque decumbere in aliquam partem, praeſens ſermo demonſtrare ſtudet. Etenim quoad decumbens humor ſimilis fuerit et capitis affectio eadem, eousque excrementa aequali colligentur tempore ſimilia et aequalia et acceſſiones oculorum ſimiles erunt. Simili modo et ſi non totius capitis, at certe unius alicujus in eo partis, aut menin-

τῶν ἐν αὐτῇ μορίων, ἤτοι μηνίγγων, ἢ ἐγκεφάλου γένηταί τις διάθεσις, ὡς ἐκ τῆς τοιαύτης τροφῆς ἀθροίζειν τι τοσόνδε καὶ τοιόνδε περίττωμα κατὰ τοσόνδε χρόνον, εἶτ' ὠθεῖν τὸ περίττωμα τοῦτο τηνικαῦτα τότε πρῶτον, ὅταν ὑπ' αὐτοῦ ἀξιολόγως ἀνιαθείη, συμβήσεται καὶ τότε παροξύνεσθαι κατὰ περίοδον, ἢ ὀφθαλμοὺς, ἢ οὖς, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, εἰς ὅπερ ἂν ἀσθενέστερον ὠθῇ τὸ περιττεῦον. ὥσπερ οὖν ἐπ' ὀφθαλμῶν, καὶ ὤτων, καὶ ποδῶν, καὶ ἄλλων τε πολλῶν τοιούτων μορίων ἐναργῶς ὁρᾶται κατὰ περίοδον ὁ παροξυσμὸς γιγνόμενος, ὡς ἐπιδέδεικται, τί θαυμαστὸν ἐν πλευρίτιδι καὶ περιπνευμονίᾳ καὶ φρενίτιδι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὧν οὐκ ἔστι θεάσασθαι τὰς φλεγμονὰς, ὁμοίως μὲν ἐπιῤῥεῖν τὸ περιττὸν καὶ ὁμοίως τὸν πυρετὸν ἀνάπτειν, οὐδὲν αὐτοῦ τοῦ φλεγμαίνοντος μέρους πεπονθότος ἐξαίρετον ἴδιον εἰς τὴν τῶν εἰρημένων γένεσιν ἄλλο γε, πλὴν ὅτι τῶν πεμπόντων τὰ περιττώματα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἀσθενέστερόν ἐστιν; οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο θαυμαστόν ἐστι, τὸ μηδὲ κατὰ μίαν ἀθροίζεσθαι προθεσμίαν ἅπαντα τὰ περιττώματα. τῷ γὰρ μήτε τὸ φερόμενον ἐν λόγῳ τροφῆς αἷμα ὅμοιον διὰ

guni, aut cerebri ipsius fuerit aliquis affectus, ita ut ex tali nutrimento colligat tantum taleque excrementum tanto tempore, deinde expellat excrementum id tunc primum quum ab eo insigniter vexatur; accidet et tunc per circuitum exacerbari vel oculos, vel aures, vel aliquid aliud tale, in quod debilius expulsum fuerit excrementum. Ut igitur in oculis et auribus et pedibus et aliis multis partibus talibus perspicue videtur fieri accessio per circuitum, quemadmodum ostensum est; quid mirum in pleuritide et peripneumonia et phrenitide et aliis omnibus quorum non licet intueri inflammationes, similiter fluere excrementum, eodemque modo febrem accendere, nullo alio ipsa parte inflammatione obsessa affectu laborante peculiari ac proprio ad dictorum generationem, quam quod mittentibus excrementa eo tempore imbecillior est? Neque etiam illud mirum videri debet, quod non eodem tempore colligantur omnia excrementa. Quod enim neque qui defertur ratione alimenti, sanguis semper similis

παντὸς ὑπάρχειν, μήτε τὴν τῶν τρεφομένων διάθεσιν εἶναι τὴν αὐτὴν, ἄλλος ἄλλῳ χρόνῳ ἱκανός ἐστιν εἰς τὴν τοσούτου περιττώματος ἄθροισιν, ὑφ᾿ οὗ πρῶτον λυπεῖται μὲν ἡ φύσις ἡ τοῦ μέρους, ἀναγκάζεται δ᾿ ὡς ἀλλότριον ἑαυτῆς ἀποτρίβεσθαι τὸ λυποῦν. οὐ μὴν οὐδ᾿ ὅτι τῶν παροξυσμῶν αὐτῶν ἄνισόν ἐστι τὸ μῆκος, ἔτι χρὴ θαυμάζειν. εἴπερ γὰρ οὐχ ἓν γένος, οὔτ᾿ εἶδος, οὔτε πλῆθός ἐστι τῶν περιττωμάτων, οὔθ᾿ ὡσαύτως ἀνάπτεσθαι πᾶσιν, ἢ διαφορεῖσθαι προσήκει. τὰ μὲν γὰρ πλείω καὶ ψυχρότερα καὶ γλίσχρα καὶ παχέα μακροτέρους ἐργάζεται τοὺς παροξυσμούς· τὰ δ᾿ ἐλάττω καὶ θερμότερα καὶ λεπτότερα βραχυτέρους, συνεπιλαμβανούσης οὐ σμικρὸν εἰς ταῦτα τῆς τε τοῦ σώματος ὅλου κατασκευῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, καὶ τοῦ τῆς δυνάμεως τόνου. τὸ μὲν γὰρ ἀραιότερον σῶμα βραχυτέρους, ὅσον ἐφ᾿ ἑαυτῷ, τοὺς παροξυσμοὺς ἐργάζεται, τὸ δὲ πυκνότερον μακροτέρους· καὶ ῥώμη μὲν δυνάμεως ὀλιγοχρονιωτέρους, ἀῤῥωστία δὲ πολὺ χρονιωτέρους. ἡ μὲν γὰρ ἰσχυρὰ δύναμις ἑτοιμότερον ἀφ᾿ ἑαυτῆς ὠθεῖ τὸ ἀλλότριον, ἡ δὲ τοῦ σώματος [149] ἀραιότης οὐκ ἴσχει τὸ φερόμενον, ὥστ᾿ ἀνάγκη τοῖς οὕτω διακειμένοις

eſt, neque affectio partium quae aluntur eadem, idcirco aliud alii tempus ſatis eſt ad tanti excrementi collectionem, a quo primum natura partis moleſtatur, cogiturque veluti alienum a ſe id, quod moleſtat, expellere. Neque porro mirandum eſt, ipſarum acceſſionum longitudinem inaequalem eſſe; ſi enim neque genus neque ſpecies neque multitudo excrementorum una ſit, neque ſimiliter accendi in omnibus, neque discuti convenit. Nam plura quidem et frigidiora et glutinoſa et craſſa, longiores efficiunt acceſſiones; pauciora autem et calidiora et tenuiora breviores, conducente ad id non parum totius corporis conſtitutione eo tempore et virium robore. Corpus enim rarius breviores, quantum in ſe eſt, efficit acceſſiones; denſius autem longiores. Et robur quidem virium breviores; debilitas autem multo longiores. Facultas enim valida promptius a ſe expellit id, quod eſt alienum; corporis autem raritas minime detinet id quod effertur. Quocirca ita affectis cito evacuari excrementum neceſſe eſt,

ταχέως ἐκκενοῦσθαι τὸ περιττὸν, εἰ καὶ τἄλλα παραπλήσια ὑπάρχει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, ὅσοις ἐναντίως διάκειται τὸ σῶμα, τοιούτοις ἀνάγκη πολυχρονιωτέραν γίνεσθαι τὴν ἔκκρισιν τῶν περιττωμάτων, ἀῤῥώστως μὲν ὠθούσης τὰ περιττώματα τῆς δυνάμεως, στεγούσης δὲ τὰ φερόμενα τῇ τῶν διεξόδων στενότητι. ἁπάντων δ' ἅμα συνελθόντων, ἤτοι μακρότατος, ἢ βραχύτατος παροξυσμὸς γίγνεται· μακρότατος μὲν διὰ τὸ πάχος, καὶ τὸ πλῆθος τοῦ περιττώματος, καὶ τὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως, καὶ τὴν τῶν διεξόδων στενότητα· βραχύτατος δὲ, διά τε λεπτότητα καὶ ὀλιγότητα τοῦ περιττώματος, καὶ τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως, καὶ τῶν ὁδῶν τὴν εὐρύτητα.

Κεφ. ιζ'. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲ διὰ τί τῶν παροξυσμῶν οἱ μὲν εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσιν, οἱ δὲ οὔ, χαλεπὸν ἐξευρεῖν. ἐπειδὰν μὲν γὰρ ὁ τοῦ προτέρου παροξυσμοῦ χρόνος οὕτως ᾖ βραχὺς, ὡς πρὶν ἄρχεσθαι τὸν δεύτερον, ἤδη πρότερον λελύσθαι, τὸ μεταξὺ τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου καὶ τοῦ προτέρου τῆς τελευτῆς διάστημα σύμπαν ἀπύρεκτον γίγνεται· φθάσαντος δ' εἰσβαλεῖν τοῦ δευτέρου, πρὶν ἀκριβῶς

si etiam alia similia existant. Pari ratione quibus e contrario corpus afficitur, iis necesse est esse longiorem excretionem excrementorum, debiliter expellente excrementa facultate; detinente autem ea, quae efferuntur, angustia meatuum. Omnibus autem simul concurrentibus, aut brevissima aut longissima accessio fit: longissima quidem, ob crassitiem, et multitudinem excrementi, ac virium imbecillitatem, meatuumque angustiam; brevissima autem, ob tenuitatem et paucitatem excrementi et robur virium ac viarum amplitudinem.

Cap. XVII. Eadem autem ratione neque quam ob caussam accessiones quaedam desinant ad integritatem, quaedam vero non, difficile est invenire. Quoties enim prioris accessionis tempus adeo breve fuerit, ut priusquam secunda incipiat, jam *prima* desierit, medium principii secundae priorisque finis intervallum totum sine febre existit. Sed ubi secunda prius incipit, quam prior omnino solvatur, ni-

λυθῆναι τὸν πρότερον, οὐδὲν αὐτῶν ἀπολείπεται μεταξύ. τουτὶ μὲν οὖν, ὡς εἴρηταί μοι, ἔστι τῆς ἐν τῷ δεχομένῳ μορίῳ τὰ περιττώματα δυνάμεως ὁμοίας ἑαυτῇ διαμενούσης, τοῦτ᾽ ἔστι κρατούσης ἔτι τοῦ περιεχομένου κατ᾽ αὐτὴν αἵματος, ὡς καὶ πρόσθεν· εἰ δ᾽ ἀσθενὴς ποτε γένοιτο, καὶ τοῦτ᾽ αἴτιον αὐτῇ κατασταίη τοῦ μὴ τὰ περιττώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα διαφθείρεσθαί τε καὶ σήπεσθαι καὶ πυρετὸν ἐξάπτειν, ἑτέρα τις κἀντεῦθεν ἀρχὴ γενήσεται περιοδικῶν παροξυσμῶν. εἰ μὲν οὖν ἔτι ἡ προειρημένη φυλάττοιτο θερμασία, διττὸν εἶδος ἔσται πυρετῶν ἀλλήλοις ἐμπεπλεγμένων· εἰ δ᾽ ἐκείνη μὲν παύσαιτο, μένοι δὲ ἡ τοῦ δεξαμένου τὸ ῥεῦμα διάθεσις, ἅπερ ἐπὶ τοῦ πέμποντος λέλεκται πρόσθεν, κἀπὶ τούτῳ μοι νόει. ποιήσει γάρ τινα καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐν αὐτῷ περιττώματα κατὰ διττὸν τρόπον, ὥσπερ δὴ κἀκεῖνο, τῷ τε μοχθηρὸν εἶναι τὸ αἷμα περιεχόμενον ἐν αὐτῷ καὶ τῷ τὴν δύναμιν ἀῤῥωστεῖν. ὡσαύτως δὲ κἂν εἰ κατά τινα αἰτίαν ἡντιναοῦν ἀπεργασθείη ἀσθενής ποτε μορίου δύναμις εἰς τοσοῦτον, ὡς ἄχθος αὐτῷ μᾶλλον ἢ τροφὴν εἶναι τὸ παρακείμενον αἷμα, διαφθαρήσεταί τε καὶ εἰ θερμὸν εἴη, σαπήσεται ῥᾳδίως, εἰ δ᾽

hil harum medium relinquitur. Hoc igitur, ut diximus, fit, quum facultas partis excrementa recipientis sui similis esse pergit, hoc est, adhuc, ut antea, sanguinem qui in ipsa habetur, vincit. Quod si quando debilis efficiatur, idque ei causa sit cur non excrementa solum, sed ipse etiam sanguis corrumpatur ac putrefiat, et febris accendatur; alterum inde quoque initium orietur circuitu repetentium accessionum. At si quidem praedictus adhuc servetur calor, duplex erit genus febrium inter se implicitarum. Si vero ille quidem desinat, affectio vero suscipientis fluxionem permaneat, quae de mittente sunt dicta prius, de hac intelliges. Haec enim pars efficiet in se quaedam excrementa duplici ratione, quemadmodum et illa, tum quia pravus est sanguis contentus in ea, tum quia facultas debilis est. Nec secus si ex quavis causa reddita sit interdum debilis partis facultas, adeo ut onus ipsi potius quam alimentum sit sanguis adjectus, corrumpetur, et si calidus fuerit, facile putrescet: si vero sub-

ὑπόψυχρόν τε καὶ φλεγματικὸν, οὐκ αὐτίκα μὲν, ἀλλὰ ἔν γε τῷ χρόνῳ καὶ τοῦτο τὴν αὐτὴν ἐπικτήσεται διάθεσιν. καὶ μὴν καὶ ὅταν ἀδυνατήσῃ ποτὲ πέψαι τὰ κατ' αὐτὸ γινόμενα περιττώματα μόριον ὁτιοῦν, ἢ ἀπώσασθαι πρὸς ἕτερον, τοιαύτην ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν τοῦ πυρέττειν, οἵανπερ ἑτέρῳ τὸ πέμπον ἐξεργάζεται· τοῦ δὲ μὴ δύνασθαι πέμπειν ἑτέρῳ τὰ περιττώματα πρώτη μὲν αἰτία κατὰ τὴν τοῦ πέμποντός τε καὶ δεχομένου δύναμιν, ἑτέρα δὲ κατὰ τὴν τῶν ὁδῶν ἔμφραξιν, ὅπερ ἐπὶ γλίσχροις καὶ παχέσι καὶ πολλοῖς εἴωθε γίγνεσθαι χυμοῖς. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ χωρὶς τοῦ πέμπειν ἕτερον ἑτέρῳ περίττωμα, καθάπερ ἡ κεφαλὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔπεμπεν, ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ ἔτι μενόντων περιττωμάτων εἰς τὴν αὐτὴν τῷ δεχομένῳ τὰ ἀλλότρια διάθεσιν ἀφίκοιντο. τὰ γὰρ ἐμφράξαντα τὰς φυσικὰς ἐκροὰς ἀναγκαῖον ἐν τῷ χρόνῳ καὶ [150] ταῦτα σήπεσθαί τε καὶ πλήθους περιττωμάτων αἴτια καθίστασθαι τῷ μέρει, κωλύοντα κενοῦσθαι καὶ διαπνεῖσθαι συνήθως αὐτό. σήπεται οὖν ὁμοίως ἐκείνοις κἀκεῖνα τὰ ὕστερον ἀθροιζόμενα, καὶ συνεξάπτει πάντα ἀλλήλοις αὐτίκα τὴν ἐν τῷ μορίῳ πυρετώδη θερμότητα.

frigidus ac pituitoſus, non ſtatim quidem, ſed proceſſu temporis is quoque eandem ſuscipiet dispoſitionem. Quinetiam ubi nequeat concoquere quaelibet pars genita in ſe excrementa, aut expellere ad aliam, tale ſibi ipſi initium febricitandi, quale ea quae transmitit alteri, adfert. Cur autem nequeat alteri mittere excrementa, prima quidem cauſa eſt in viribus mittentis ſuscipientisque; altera autem in viarum obſtructione, quae a glutinoſis, craſſis et multis fieri ſolet humoribus. Nihil igitur miri eſt, ſi etiam absque eo quod altera mittat alteri excrementum (quemadmodum caput oculis mittebat) ex excrementis in ipſa adhuc manentibus in eandem ſuscipienti aliena dispoſitionem devenerit. Quae enim obſtruxerunt naturales effluxus, proceſſu temporis ea quoque putrescant neceſſe eſt, et cauſa ſint oportet, ob quam multitudo excrementorum in parte minime vacuetur et ut ſolita erat, diſſletur. Putrescunt igitur, ut illa, ea quoque quae poſtea colliguntur et omnia ſimul accendunt ſtatim in

δέδεικται δ' ἔμπροσθεν, ὡς ἔνθα ἀνάπτεταί τις ἢ καὶ αὐξάνεται θερμότης, ἐπιῤῥεῖ τούτῳ τῷ μορίῳ τὸ παρὰ τῶν ἄλλων αἷμα. καὶ τοίνυν ἀναγκαῖον ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἐπιῤῥοῆς ψύχεσθαι μὲν ἐκεῖνα λειφαιμοῦντα, βαρύνεσθαί τε καὶ διατείνεσθαι τὸ πεπονθὸς, ἀλλοιοῦσθαι δὲ τὸ ἐπιῤῥυὲν αἷμα διὰ διττὴν αἰτίαν, ὅτι τε μίγνυται τοῖς ἤδη σηπομένοις περιττώμασιν, ὅτι τε σφηνούμενον ἀδιάπνευστον ἀπομένει. τύφεται τοιγαροῦν δίκην ξύλων ὑγροτέρων ἀθρόως ἐπιβληθέντων ὀλίγῃ φλογὶ, καὶ οὗτος ὁ χρόνος ἅπας ἀρχὴ τοῦ παροξυσμοῦ προσαγορεύεται. ἐπειδὰν δὲ τῆς ὕλης ἐγκρατὴς ἡ θερμότης γένηται, καλεῖται μὲν ἐπίδοσίς τε καὶ ἀνάβασις ὁ τοιοῦτος καιρὸς, αὐξάνεται δ' ἐν τούτῳ θερμότης το(341)σαύτη τὸ πλῆθος, ὡς μὴ μόνον αὐτὸ καίειν τὸ χωρίον, ὃ οἷόν περ ἑστία τις σηπεδόνος ἐστὶν, ἀλλ' ἤδη κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπινέμεσθαι τὸ σύμπαν σῶμα. κἀπειδὰν εἰς ἄκρον ἀφίκωνται τῆς ζέσεως οἱ ἐξαπτόμενοι χυμοὶ, καλεῖται μὲν ἀκμὴ τὸ τοιοῦτο τοῦ παροξυσμοῦ μέρος, ἅπαν δὲ διάπυρον εἶναι δοκεῖ τηνικαῦτα τὸ τοῦ κάμνοντος σῶμα, τῆς θέρμης εἰς ὅλον τὸ ζῶον ὁμαλῶς ἐπιτεταμένης. ἐντεῦθεν δὲ,

parte calorem febrilem. Supra autem indicavimus, ubi accenditur quidam vel etiam augetur calor, in eam partem ab aliis sanguinem defluere. Itaque necesse est, ut tempore, quo defluit, partes illae refrigerentur sanguine destitutae; pars autem affecta gravetur atque distendatur et qui defluxit sanguis alteretur, propter duas causas, et quia putrescentibus jam excrementis permiscetur, et quia impactus minime difflatur. Quocirca succenditur instar lignorum humidiorum confertim in exiguam flammam conjectorum, atque id tempus omne initium accessionis appellatur. Ubi vero calor superat materiam, appellatur incrementum et ascensus tale tempus. Atque eo tempore augetur calor tam multus, ut non solum deurat locum ipsum, qui veluti causa quaedam putredinis est, sed jam per continuitatem depascatur universum corpus; et ubi ad summum pervenerunt fervorem qui accenduntur humores, appellatur vigor talis pars accessionis. Universum vero ignitum esse videtur tunc aegroti corpus, calore in universo animali aequaliter intenso; deinde si qui-

Ed. Chart. VII. [150.] Ed. Baf. III. (341.)

εἰ μὲν οἵ τε χυμοὶ λεπτοὶ τύχοιεν ὄντες, ἥ τε δύναμις εὔρωστος, ἀραιόν τε τὸ σῶμα, κενοῦται τὸ πλεῖστον τῶν ζεσάντων χυμῶν εἰς ἱδρῶτα χυθέν· εἰ δὲ οὗτοί τε παχεῖς εἶεν, ἄῤῥωστός τε ἡ ἐκκριτικὴ δύναμις, αἵ θ' ὁδοὶ στενωθεῖεν, αἰσθητὸν μὲν οὐδὲν ἀποῤῥεῖ, μόνον δὲ τὸ οὕτως λεπτυνθὲν, ὡς εἰς ἀτμοῦ λεπτοῦ μεταστῆναι φύσιν. ὀνομάζεται δὲ ὁ καιρὸς οὗτος παρακμὴ, διαπνοή τις οὖσα τῶν ζεσάντων χυμῶν. ἀλλὰ μενούσης γε τῆς ἐν τῷ μορίῳ διαθέσεως, ἀναγκαῖον ἕτερον ἐν αὐτῷ γεννηθῆναι περίττωμα, τῆς ἑλκομένης αὖθις εἰς αὐτὸ τροφῆς οὐκ ἀκριβῶς ἁπάσης κρατουμένης, ὃ πάλιν, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ὑπό τε τῶν ἐγκαταλελειμμένων τῷ μορίῳ σηπεδονωδῶν περιττωμάτων, καὶ αὐτῆς τῆς οἰκείας μοχθηρίας, ἀρχὴν σηπεδόνος λαμβάνει· κἄπειδὰν ἱκανῶς θερμανθῇ, πάλιν ἐπιῤῥεῖ πρὸς αὐτὸ, καθάπερ τὸ εἰρημένον πρότερον ἐκ τῶν ἄλλων τοῦ ζώου μορίων αἷμα, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν αὖθις τρόπον ἀρχή τε καὶ ἀνάβασις, ἀκμή τε καὶ παρακμὴ γίγνεται τοῦ παροξυσμοῦ· καὶ τοῦτο οὐ παύεται περιοδίζον, ἄχρις ἂν ἡ διάθεσις ἡ ἐν τῷ πρώτῳ γεννῶντι μορίῳ τὰ περιττώματα φυλάττηται.

dem humores tenues fint, ac facultas valida et corpus rarum, pars plurima fervefactorum humorum fufa in fudorem vacuatur; quod fi craffi fuerint, ac excretrix facultas debilis et viae anguftae, nihil quidem fenfibile effluit, fed folum id quod ita extenuatum eft, ut in halitus tenuis tranfierit naturam; appellatur autem id tempus declinatio, quae perfpiratio quaedam eft humorum fervefactorum. Sed ubi in parte affectus permanet, neceffe eft alterum in ea gigni excrementum; quum quod rurfus in eam attrahitur alimentum, non plane totum vincatur; quod rurfus, ut ante docuimus, et ab excrementis putridis in parte ipfa relictis, et ab ipfa propria pravitate, initium putredinis fufcipit, et ubi admodum incaluerit, rurfus decumbit in ipfam, ut prius dictus ex aliis animalis partibus fanguis, rurfusque eodem modo, initium, incrementum, vigor et declinatio acceffionis fit. Atque hoc certo ambitu femper fit, dum affectus in parte primum gignente excrementa fervatur.

Ed. Chart. VII. [150. 151.] Ed. Bas. III. (341.)

Κεφ. ιη'. Διττὴ δ' ἐστὶν ἡ τοιαύτη διάθεσις, ἡ μέν τις ἀσθένεια τοῦ μορίου, καθ' ἣν γεννᾶται τὰ περιττώματα· δευτέρα δὲ ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν ἑκάστοτε γεννωμένων ἀθροιζομένη. μὴ γάρτοι δόκει, τοῖς μὲν ἐκτὸς ἀγγείοις τούτοις, ἐν οἷς ἑψόμενον ἔδεσμα κνισῶδες ἐγένετο, διάθεσιν ὑπολείπεσθαί τινα, τοῖς μέρεσι δ', ἐν οἷς οἱ χυμοὶ σήπονται, μηδεμίαν. ἔτι δὴ μᾶλλον ἀδύνατον λυθῆναι τὴν διάθεσιν, ὅταν καὶ τὸ σύμπαν σῶμα κακόχυμον, ἢ καὶ πληθωρικὸν ὑπάρχῃ, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον, εἰ ἐν τούτοις προσγένοιτο στένωσις ἁπάντων τῶν ἐξοχετευόντων πόρων περιττώματα τοῦ μέρους. ὥσπερ οὖν καὶ [151] ἡ ἴασις ἀκολουθήσειεν, ἐάν οἵ τε πόροι διακαθαρθεῖεν, ὥστε εὔρουν εἶναι τὸ μόριον, ἥ τε δύναμις ῥωσθείη καὶ ἡ διάθεσις ἐπανορθωθείη, καὶ τὸ σύμπαν σῶμα μήτε πληθωρικὸν μήτε κακόχυμον εἴη· ἔστ' ἂν δὲ ταῦτα διαμένῃ, καὶ τὴν περίοδον τῶν παροξυσμῶν ἀναγκαῖόν ἐστι διαμένειν. οὕτω γοῦν συμβαίνει κἀπὶ τῶν γυναικῶν· καὶ γὰρ καὶ ταύταις ἄχρι περ ἂν ἴσά τε καὶ ὅμοια μένῃ τὰ τῶν καταμηνίων αἴτια, καὶ ἡ περίοδος αὐτῶν ἡ αὐτὴ φυλάττεται.

Cap. XVIII. At vero affectus talis duplex est: alter quidem partis debilitas, qua gignuntur excrementa; alter vero, qui ex ipsis quotidie genitis acervatur. Cave enim putes in istis vasis externis, in quibus elixa cibaria nidorulenta evaserunt, affectum quendam relinqui; in partibus autem, in quibus humores putrescunt, nullum permanere. Quum sane etiamnum magis haec affectio solvi nequeat, quoties universum corpus pravis humoribus *abundet*, ac plethoricum sit, multoque magis, quoties in his fuerit angustia omnium meatuum partis excrementa educentium. Quemadmodum igitur et sanatio subsequetur, si et meatus expurgentur, ut pars meabilis sit, et vires roborentur et affectus emendetur et universum corpus neque malis humoribus scateat, neque plethoricum sit. Quamdiu autem haec permanent, circuitum accessionum permanere necesse est. Similiter accidit in mulieribus. In eis enim quoad similis causa et aequalis permaneat menstruorum, idem eorum circuitus

λέγεται δ' ἐπὶ πλεῖστον ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐν τῷ περὶ τῶν ῥευματικῶν διαθέσεων λόγῳ, καὶ νῦν οὔτε χρονίζειν ἐν ταῖς πίστεσι τῶν προαποδεδειγμένων εὔλογον οὐθ' ὑπερβαίνειν τὰ κεφάλαια τῶν χρησίμων εἰς τὰ παρόντα. χρήσιμα δ' ἐστὶν ἐν τοῖσδε μάλιστα τό γε γινώσκειν, ὡς ἔνια μὲν τῶν μορίων ἑτέροις ἐπιπέμπει ῥεύματα, καθάπερ ἡ κεφαλὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς· ἔνια δὲ ὑπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς γεννωμένων περιττωμάτων ἀρχὴν τοῦ πυρέττειν λαμβάνει· καὶ ὅτι τοῖς τοιούτοις ἅπασι κοινὸν μὲν ἡ σηπεδών ἐστι τῶν περιττωμάτων, ἴδιον δ' ἑκάστῳ, τῷ μὲν ἔμφραξίς τε καὶ σφήνωσις τῶν ἀγγείων, ἤτοι διὰ γλίσχρους χυμοὺς, ἢ παχεῖς, ἢ πολλούς· ἑτέρῳ δὲ στέγνωσις τῶν πόρων ἤτοι τῶν αἰσθητῶν, ἢ τῶν οὐκ αἰσθητῶν· ἄλλῳ δέ τινι τὸ πληρωθῆναι τὰς καθ' ὅλον αὐτοῦ τὸ σῶμα χώρας κενὰς, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ πρὸς τὴν δύναμιν πλῆθος, ὡς ἐν τῷ περὶ πλήθους ἐπιδέδεικται λόγῳ. τῶν μὲν δὴ κατὰ περίοδόν τινα παροξυνομένων πυρετῶν οὐκ οἶδ' εἴ τις ἐπιλείπει γενέσεως αἰτία, τῶν δ' ἀτάκτων ἔνιοι μὲν ἐπὶ τῇ μεταπτώσει τοῦ χυμοῦ, τινὲς δὲ καὶ διὰ

servatur. Sed de his omnibus in libro de rheumaticis affectibus latius docuimus; et nunc immorari diutius in confirmandis iis, quae ante demonstrata sunt, minime convenit, neque praeterire capita rerum in praesens utilium. Maxime autem utile est cognoscere, quod aliquae partes aliis transmittant fluxiones, quemadmodum caput oculis; quaedam vero ab excrementis in se genitis initium febricitandi suscipiant; et quod his omnibus commune excrementorum putredo sit; proprium vero singulis, huic quidem obstructio ac constipatio vasorum, aut ob humores glutinosos, vel crassos, vel multos; alteri vero constrictio meatuum vel sensibilium, vel minime sensibilium; alii autem quod omnia spacia vacua in toto ipsius corpore sint oppleta et ab his plenitudo ad vires; quemadmodum in libro de plenitudine docuimus. Febrium igitur per circuitus accedentium haud scio an ulla generationis causa omissa sit. Earum autem, quae ordine carent, nonnullae ob humoris mutationem, nonnullae ob rationis victus errorem ad

τὸ τῆς διαίτης πλημμελὲς εἰς τὴν τοιαύτην ἔρχονται κατάστασιν. μεταπίπτει μὲν οὖν μάλιστα τὸ αἷμα σηπόμενον. ὡς γὰρ καὶ πρόσθεν εἴρηται, τὸ μέν τι αἵματος ξανθὴ χολὴ γίνεται, τὸ δὲ μέλαινα. εἰς ὅσον δ᾽ αὖ οἱ ἐν τῷ σώματι τῶν ἀῤῥωστούντων χυμοὶ μεταβάλλουσιν, εἰς τοσοῦτον καὶ αἱ περίοδοι τῶν παροξυσμῶν· ὥστ᾽ οὐδὲν ἔτι θαυμαστὸν ἐν ταῖς τοιαύταις μεταβολαῖς ὑπαλλάττεσθαι τὴν τάξιν. ὑπαλλάττονται δ᾽ οὐχ ἥκιστα κἂν τῷ τὸ μὲν ἀρξάμενον σήπεσθαι κατά τι μόριον ἕτερον ὑπάρχειν· ἕτερον δ᾽ ἐξ ἄλλων ἐπιῤῥεῖν, ἤτοι γε ἐν ἐκείνοις μόνοις ὄντα τοιοῦτον, ἢ καθ᾽ ὅλον τοῦ ζώου τὸ σῶμα πλεονάζοντα. οὕτως δὲ καὶ ὅσα κατὰ τὴν δίαιταν ἁμαρτάνεται τοῖς κάμνουσιν, οὐδὲν ἧττον καὶ ταῦτα διαφθείρει τῶν περιόδων τὴν τάξιν. ὥσπερ γὰρ καὶ αὐτοῖς τοῖς ὑγιαίνουσιν αἱ μοχθηραὶ δίαιται νοσημάτων αἰτίαι καθίστανται, τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι τοῖς νοσοῦσιν, ἐξ ὧν ἂν πλημμελήσωσιν, οἱ παροξυσμοὶ συμπίπτουσιν. οὐ μόνον γοῦν ἔτι νοσοῦντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν τῆς ἀναλήψεως καιρὸν ἑτοίμως ὑπὸ παντὸς ἁμαρτήματος βλάπτονται. καθ᾽ ἑκάστην οὖν ἤδη βλάβην ἀξιόλογον ἤτοι

ejusmodi conftitutionem deveniunt. Sanguis igitur putrescens maxime mutatur; quoniam, ut ante diximus, partim flava bilis, partim atra efficitur. Quantum igitur humores in corpore aegro mutantur, tantum et circuitiones accessionum. Quocirca minime mirum videri debet, per tales mutationes ordinem quoque mutari. Mutantur vero maxime, ubi qui incepit putrefieri, in aliqua parte alius exiftit, alius autem ex aliis defluit, qui aut in illis folis talis habebatur, aut in toto animalis corpore exuperabat. Ita vero quaecunque aegri in victus ratione delinquunt, haec quoque nihilo minus corrumpunt circuitionis ordinem. Ut enim in fanis pravus victus morborum caufa eft, eodem modo vel magis etiam in aegris, ex iis quae deliquerint, accessiones inordinatae exiftunt. Nec folum adhuc aegrotantes, fed etiam quo tempore a morbis fe recolligunt, prompte ex quovis delicto laeduntur. Quocirca per omnem infignem laesio-

προλαμβάνειν πολὺ τὰς περιόδους ἀναγκάζουσιν, ἤ καί τινας ἑτερογενεῖς τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῖς γεννῶσιν, ὑφ᾽ ὧν ἡ τάξις τῶν παροξυσμῶν διαφθείρεται. πολλάκις δὲ διὰ τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν περιόδων ἀγνοουμένην τοῖς ἰατροῖς ἀτάκτως ἔδοξαν οἱ νοσοῦντες παροξύνεσθαι. ἀλλ᾽ αἱ μὲν τοιαῦται τῶν ἀταξιῶν οὐκ εἰσὶν ὄντως, ἀλλὰ φαίνονται μόνον· ὅσαι δὲ ὄντως εἰσὶν, ἤτοι διὰ μετάπτωσιν τῶν τοὺς πυρετοὺς ἐργαζομένων χυμῶν ἢ τὸ πλημμελὲς τῆς διαίτης ἀποτελοῦνται. λοιπὸν δὲ τὸ τῶν συνόχων γένος, ὧν ὁ σύμπας χρόνος εἷς παροξυσμός ἐστιν ἤτοι διὰ παντὸς ὁμότονος, ἢ μειούμενος, ἢ αὐξανόμενος ἄχρι κρίσεως, ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας γενέσθαι πέφυκεν, οἵαν ἁπάντων πυρετῶν ὁ Πραξαγόρας ὑπέθετο, σῆψιν οἰόμενος τῶν χυμῶν ἐν τῇ κοίλῃ φλεβὶ συνίστασθαι. τελεώτερος δ᾽ ἂν ὁ λόγος καὶ ἀληθέστερος γίνοιτο κατὰ τόνδε τὸν τρόπον. [152] ὅσα μὲν ἐν περιόδοις τισὶ παροξύνεται νοσήματα, μορίων ἐπιγίγνεται διαθέσεσιν, ἤτοι πεμπόντων, ἢ δεχομένων, ἢ γεννώντων, ἢ ἑλκόντων περιττώματα, καθ᾽ ὃν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται τρόπον· ὅσα δ᾽ ἄνευ περιόδων, οὐδεὶς

nem vel praevenire multum circuitiones cogunt, aut diverfi generis a prioribus quasdam gignunt, a quibus acceffionum ordo corrumpitur. Saepe vero ob implicationem circuitum incognitam medicis aegri vifi funt pati inordinatas acceffiones. Sed tales ordinum permutationes revera non funt, fed tantummodo videntur. Quaecunque autem revera funt, aut ob permutationem humorum febres generantium, aut ob errorem in victus ratione efficiuntur. Reliquum porro fynochorum genus (quarum totum tempus una acceffio eft, aut femper aequalis, aut decrescens, aut increscens usque ad crifim) ex tali caufa fieri folet, qualem omnium febrium Praxagoras ftatuit, humorum in cava vena putredinem effe exiftimans; fed abfolutior fermo ac verior hoc modo evadet. Quicunque circuitibus quibusdam acceffiones repetunt morbi, partium fuperveniunt affectibus, vel mittentium, vel fuscipientium, vel gignentium, vel trahentium excrementa, eo, quo paulo fupra diximus, modo. Qui vero fine

ἐπὶ τούτων ὁ πεπονθὼς ἐστι τόπος ἐξαίρετος, ἀλλ' οἱ κατὰ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας ἁπάσας χυμοὶ, καὶ μάλισθ' ὅσοι κατὰ τὰς μεγίστας τε καὶ θερμοτάτας εἰσὶν, ἤτοι δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν, ὡς ἐν τοῖς ἐφημέροις, ἢ καὶ διὰ σηπεδόνα ζέσαντες, ἀνάπτουσι πυρετὸν ἕνα σύνοχον, ἀπ' ἀρχῆς ἕως τοῦ τέλους ἀδιάλειπτον, ἄχρι τοσούτου παραμένοντά τε καὶ διακαίοντα τὸν ἄνθρωπον, ἄχρι περ ἂν οἱ γεννῶντες αὐτὸν χυμοὶ δαπανηθῶσιν, ἢ πεφθῶσιν, ἤ τι συναμφότερον πάθωσιν.

circuitu accedunt, in his nullus locus peculiaris affectus eſt; ſed humores in venis et arteriis omnibus, maximeque qui in maximis et calidiſſimis ſunt, aut ob aliquam aliam cauſam, ut in diariis, aut etiam ob putredinem ſervefacti, accendunt febrem unam continentem, ab initio usque ad finem minime intermittentem, eatenus durantem ac deurentem hominem, quoad gignentes eam humores ſint conſumpti, aut concocti, aut utrumque paſſi.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΝΟΣΟΙΣ ΚΑΙΡΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VII. [292.] Ed. Baſ. III. (379.)

Κεφ. α'. Οἷόν τι τοῖς ζώοις ἐστὶν ἡ κατὰ τὰς ἡλικίας διαφορὰ, τοιοῦτον τοῖς νοσήμασιν οὓς ὀνομάζουσι καιρούς. οὔτε γὰρ ὁ χρόνος ἁπλῶς δηλοῦται διὰ τῆσδε τῆς προσηγορίας, οὐδ' ὁ προσήκων χρόνος, ὑπὲρ οὗ καὶ τὰ βοηθήματα σκοπούμεθα· μόνη δὲ ἡ τῶν νοσημάτων, ὡς εἴρηται, ἡλικία, χρόνων ἀμοιβαῖς ὑπαλλαττομένη, καθάπερ καὶ τὸ ζῶον ταῖς ἡλικίαις. ἔοικε δὲ καὶ τοῦτο τοῖς φθαρτοῖς σώμασιν ὑπάρχειν πᾶσι, τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δὲ ἧττον, ὡς εἴ γε διαπαντὸς ἔμεινεν αὐτῶν ἀπαράλλακτος καὶ ἄτρεπτο;

GALENI DE MORBORVM TEMPORIBVS LIBER,

Cap. I. Qualis animalibus eſt aetatum differentia, talia morbis ſunt ea quae nominantur tempora. Neque enim tempus ſimpliciter hoc vocabulo ſignificatur, neque idoneum illud tempus, pro quo praeſidia quoque conſideramus; ſed ſola morborum, ut diximus, aetas, quae temporum viciſſitudine immutatur, ut animal aetatibus. Atque hoc omnibus corruptelae ſubjectis corporibus, aliis magis, aliis minus adeſſe videtur; nam ſi natura ipſorum mutationis alterationis-

ἡ φύσις, τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτῆς φυλάττουσα, οὐκ ἂν ἐφθείρετο. καθάπερ οὖν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ γεννηθέντες αὐξανόμεθα μέχρι τῆς ἀκμῆς, εἶτ' ἐντεῦθεν ἀρξάμενοι φθίνειν ἕως ἐσχάτου τέλους ἀφικνούμεθα φθορᾶς, ὅσοι πάσας διεξέρχεσθαι μέλλομεν τὰς ἡλικίας, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν ἀῤῥωστημάτων ἕκαστον μετὰ τὴν πρώτην σύστασιν τῆς γενέσεως αὐτῶν ὁδῷ τῇ ἐπὶ τὸ μεῖζον παραυξήσει χρώμενον μέχρι τῆς ἀκμῆς ἵεται, ἕως ἀνάλογον τῆς πρόσθεν αὐξήσεως μειούμενον εἰς παντελῆ διάλυσιν ἐλθεῖν. τάχα δ' ἂν ἴσως δόξειε ταύτῃ μόνον διαφέρειν ἡ τῶν νοσημάτων κατὰ χρόνον ἐξαλλαγὴ τῆς κατὰ τὰ ζῶα ἡλικίας, ὅτι τοῖς μὲν ζώοις ἴδιός ἐστιν ὁ χρόνος τῆς γεννήσεως, ἐν ᾧ διαπλάττεται πάντα τὰ μόρια τὰ πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαῖα, τῶν νοσημάτων δὲ οὐδείς ἐστι χρόνος τοιοῦτος ἴδιος, ἀλλ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς αὐξάνεται. καὶ τοῦτ' εἰκότως γίγνεται· τὰ μὲν γὰρ ζῶα σώματά ἐστι, τὰ δὲ νοσήματα τοῖς σώμασι συμβεβηκότα. διάπλασιν μὲν οὖν καὶ γένεσιν ἐπιζητεῖ ἡ τῶν σωμάτων ἰδιότης, τὰ συμβαίνοντα δ' αὐτοῖς, ἅτε μηδεμιᾶς διαπλάσεως δεόμενα, κατὰ τὴν πρώτην εἰσβολὴν εὐθέως ἅμα τὴν γένεσιν

que perpetuo expers maneret ſuam ſubſtantiam ſervans, non corrumperetur. Quemadmodum igitur et ipſi nos geniti ad vigorem usque augeſcimus, inde jam contabescere incipientes, ad extremam usque corruptionem declinamus, ſi omnes aetates ſumus pertranſituri: pari modo ſinguli morbi a prima ſua conſtitutione per incrementum ad ſtatum usque perveniunt, donec pro incrementi prioris proportione decrescentes in totum diſſolvantur. Videbitur autem forſan morborum pro tempore immutatio hoc ſolum ab animantium aetate discrepare, quod his proprium generationis tempus ſit, quo omnes ad vitam neceſſariae partes conformantur; morborum vero nullum hujuscemodi tempus ſit proprium, ſed a primo ſtatim inſultu augescant. Idque merito ſit; nam animalia corpora ſunt; morbi corporum accidentia. Quare conformationem generationemque corporum proprietas poſtulat; accidentia vero ipſis, ut quae nullam conformationem expetant, primo aditu protinus generationem ſimul ac-

Ed. Chart. VII. [292. 293.] Ed. Baf. III. (379.)

ἔχει καὶ πρὸς τὴν αὔξησιν ἐπείγεται. τίς γὰρ ἂν εἴη φλεγμονῆς γένεσις, ὁποία ζώου κυουμένου διάπλασις; [293] ἢ τίς ἐρυσιπέλατος, ἢ τίς εἰ οὕτως ἔτυχε πυρετοῦ; φαίνεται γὰρ ἕκαστον τούτων εὐθὺς ἅμα τῷ πρῶτον ἄρξασθαι τοιοῦτον ὑπάρχον τὴν ἰδέαν, ὁποῖόν ἐστι τὸ μέγιστον ἐν ταὐτῷ γένει, λειπόμενον δ' ἐκείνου μόνον τῷ μεγέθει. θερμότερον γοῦν ἑαυτοῦ σὺν ὄγκῳ μείζονι μετ' ὀδύνης τε ἅμα καὶ τάσεως γίνεται τὸ φλεγμαῖνον· ἀλλὰ ταῦτα κατὰ μὲν τὴν εἰσβολὴν μικρὰ, τοὐντεῦθεν αὐξάνεται μέχρι τινὸς μεγέθους, οὐκ ἴσου πᾶσιν, ὅθεν ἐφεξῆς ἤτοι διεφορήθη τοῖς βοηθήμασιν ὁ παρὰ φύσιν ὄγκος ἅμα τῷ καὶ τὴν ὀδύνην αὐτῷ καὶ τὴν θερμότητα συναποπαύεσθαι, ἢ μετέβαλεν εἰς πῦον. αὗται γὰρ αἱ τῆς φλεγμονῆς λύσεις, ἄν γε μέλλῃ λύεσθαι· περὶ τούτων γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος ἔστω πρότερον, ἀναβεβλημένης κατὰ τὸ παρὸν εἰς ὕστερον τῆς περὶ τῶν μὴ λυομένων νοσημάτων ἐπισκέψεως. χρόνος οὖν οὐδείς ἐστιν ἴδιος ἐξαίρετος ἀποτεταγμένος τῇ γενέσει τῆς φλεγμονῆς, ἕτερος τοῦ τῆς αὐξήσεως, ἀλλ' εἷς ὁ σύμπας, ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἄχρι τῆς ἀκμῆς

quirunt et ad incrementum feſtinant. Quae enim inflammationis generatio eſſe poſſit, qualis eſt animantis in utero conformatio? vel quae eryſipelatis? vel quae, verbi gratia, febris? Nam unumquodque horum, ſtatim atque primum coepit initium, hujusmodi ſpeciem habere videtur, qualem ejus generis maximum habet; deficit autem ſola ab illo magnitudine. Etenim inflammata pars calidior ſeipſa evadit, cum tumore majore, doloreque ſimul et tenſione; ſed haec parva primo aditu ſunt, inde vero ad magnitudinem quamdam non in omnibus aequalem increscunt; ex quo deinceps vel discutitur praeſidiis tumor praeter naturam, ſimulque cum ipſo dolor quoque et calor remittitur, vel in pus mutatur. Hae namque ſunt inflammationis ſolutiones, ſi ſolvi debeat; de his autem ſermo nobis primum inſtituatur, conſideratione de morbis, qui non ſolvuntur, nunc in poſterum dilata. Tempus itaque nullum inflammationis generationi proprium et peculiare attribuitur ab eo, quod incrementi eſt, diverſum, ſed unum eſt univerſum, a primo inſultu usque

αὐξανομένου τοῦ πάθους. οὕτω δ᾽ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἐρυσιπελάτων ἁπάντων τε τῶν ἄλλων. καὶ γὰρ καὶ ὁ πυρετὸς ἐν γένει μὲν, οἶμαι, τῆς παρὰ φύσιν ἐστὶ θερμασίας· ταύτης δὲ οὐκ ἀποτέτμηται ὁ χρόνος ἴδιος τῆς γενέσεως, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν πρῶτον ἄρξηται τὸ σῶμα θερμότερον ἑαυτοῦ γίνεσθαι πυρετώδει θερμασίᾳ, τοὐντεῦθεν ἕτερος ἐφ᾽ ἑτέρῳ καιρὸς ἐκδέχεται τὴν αὔξησιν τοῦ πάθους, ἄχρι τῆς παντελοῦς ἀκμῆς, ἣν ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἔσχατον τὸ μέγεθος εἶναι νοοῦμεν.

Κεφ. β΄. Οὗτος ὁ λόγος ἐπιεικής ἐστι καὶ δεῖταί τινος ἀγωνιστοῦ γενναίου πρὸς τὴν ἀπάντησιν, ὃς ἐπιδείξει ταῖς ἀρχαῖς τῶν νοσημάτων εἶδος ἴδιον ὑπάρχειν ὥσπερ τοῖς ζώοις διαπλαττομένοις, ἀνακείμενόν τε τούτῳ τὸν πρῶτον χρόνον ὅροις οἰκείοις περιγραφόμενον. ἐφ᾽ ὧν ἐστελ(380)λόμην ἂν ἤδη διδάσκων ἃ γινώσκω, εἰ μή με κατά τινα δὴ τύχην ἐν τῷδε τοῦ λόγου γενόμενον ὑπῆλθεν ἡ Ἀρχιγένους διαίρεσις, ὃς εἰς τοὺς πρώτους τε καὶ μεγίστους καιροὺς διαιρῶν τὰ νοσήματα μετὰ τὴν ἀρχὴν εὐθέως ἀκμὴν τάττει, τὸν μεταξὺ καιρὸν καταλιπὼν τὴν ἀνάβασιν. ὅπου γὰρ οὐκ εἶναι

ad ſtatum affectu increſcente. Sic habet etiam de eryſipelatis omnibusque aliis; etenim febris genere quidem, ut arbitror, caloris praeter naturam comprehenditur; hujus autem proprium generationis tempus diviſum non eſt; ſed ubi corpus primum calidius quam antea febrili calore fieri coepit, inde aliud atque aliud tempus affectionis incrementum ad usque perfectum ſtatum excipit, quem in ſingulis rebus ſummam eſſe magnitudinem intelligimus.

Cap. II. Hic ſermo probabilis eſt et agoniſtam aliquem ſtrenuum ad reſponſionem requirit, qui propriam morborum initiis ſpeciem eſſe demonſtret, ut animantium formationi, primumque tempus huic deſtinatum ſinibus propriis circumſcribi. Ad quae jam ſane progrederer, quid ſentiam, docens, niſi mihi caſu quodam in hac ſermonis parte verſanti Archigenis diviſio in mentem veniret, qui morbos in prima et maxima tempora dividens, poſt principium ſtatim vigorem ponit, medio tempore, incremento *videlicet*, omiſſo. Quum

Ed. Chart. VII. [293. 294.] Ed. Baf. III. (380.)

δοκεῖ καιρὸς ἴδιος τῆς ἀρχῆς ὅλης, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἄχρι τῆς ἀκμῆς, τὸ μεταξὺ πᾶν ἐπίδοσις ᾖ, πῶς γε συγχωρήσειεν ἄν τις Ἀρχιγένει τὸ μὲν ὁμολογούμενον ὑπερβαίνοντι, τὸ δ᾽ ἀμφισβητούμενον ὡς ὁμολογούμενον ἑτοίμως τιθεμένῳ; οὕτως μὲν οὖν φαίνεται προδιδοὺς ἐσχάτως τὸν λόγον, ἀγῶνος μεγάλου δεόμενον εἰς τὸ δεῖξαι τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἴδιον ἔχουσαν τύπον, οὐ σμικρότητι μόνον τῶν ἐφεξῆς αὐτῇ διαφέρουσαν· ἡμεῖς δὲ ἐπιχειρήσομεν ἤδη δεικνύειν διαλλάττουσαν ἰδέᾳ τινὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος τῆς μετ᾽ αὐτὴν ἀναβάσεως. ἡ δ᾽ ἀρχὴ τοῦ λόγου τὴν ἀνάμνησιν ἕξει ἐκ τῶν φαινομένων ἐναργῶς ἅπασιν ἡμῖν ἐπὶ πολλῶν νοσημάτων. ὅθενπερ, οἶμαι, καὶ κινηθέντες ἰατροὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ πρὸ Ἀρχιγένους ἀρχήν τινα λέγουσιν ἑκάστου νοσήματος, οὐ τὴν πρώτην εἰσβολὴν ἐκείνην μόνην τὴν ἀπλατῆ, μῆκος δέ τι χρόνου καὶ πλάτος αὐτῇ προσγράφουσιν ἀξιόλογον ἔστιν ὅτε, καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἀνάβασιν, [294] εἶτ᾽ ἀκμήν, ἐφ᾽ ᾗ δηλονότι τὴν καλουμένην παρακμήν. ἐθεασάμεθα γοῦν ἐνίους ἐν τῷ πράττειν ὁτιοῦν

enim totius principii proprium tempus non eſſe videatur, ſed id omne quod a primo inſultu ad ſtatum intercedit, incrementum eſſe, quomodo quis Archigeni conſentiat, qui quod ob omnibus conceditur, praeterit, ambiguum vero tanquam conceſſum prompte ponit? Hac igitur ratione ſermonem omnino deſeruiſſe videtur magna disputatione indigentem, ut morbi principium proprium typum habere, non parvitate modo a ſequentibus ipſum differre, oſtendatur. Nos vero jam morbi principium ſpecie quadam a ſequente incremento diverſum demonſtrare conabimur. Initium autem ſermonis commemorationem habebit ex his, quae evidenter nobis omnibus in pluribus morbis apparent. Unde moti, puto, et medici propemodum omnes, qui Archigenem praeceſſerunt, principium quoddam cujusque morbi dicunt, non primum illum ſolum latitudinis expertem inſultum; ſed temporis longitudinem latitudinemque notatu dignam aliquando ipſi aſcribunt; poſt hoc aſcenſum; deinde ſtatum; ab hoc vocatam declinationem. Spectavimus enim nonnul-

Ed. Chart. VII. [294.] Ed. Baf. III. (380.)

τῶν κατὰ τὸν βίον ἀτρέμα φρίξαντας τὸ πρῶτον, εἶτ' αὖθίς τε καὶ αὖθις ἀνωμαλίας τέ τινος ἰσχυροτέρας, καὶ φρίκης ἀξιολογωτέρας αἰσθανομένους, ὡς μήτε πράττειν μήθ' ὑπομένειν ἃ πρότερον ἀμέμπτως ἔπραττον, ἀλλὰ καὶ κατακλιθῆναί τε καὶ δεῖσθαι σκεπασμάτων, καὶ τοῦτο παθόντας ἐνίους μὲν ὥραις τρισὶν, ἐνίους δὲ ἐλάττοσιν, ἢ πλείοσιν· ἐντεῦθεν δ' ἄρξασθαι θερμασίας ἀηδοῦς τε καὶ παρὰ φύσιν αἰσθάνεσθαι ταύτης κατ' ὀλίγον αὐξανομένης. ἐν αὐτοῖς γὰρ τούτοις ἐναργῶς ὁρᾶται διαφέρουσα κατ' ἰδέαν ἐξαίρετον ἡ ἀρχὴ τοῦ παροξυσμοῦ τῆς ἐπιδόσεως. εὔδηλον δὲ ὅτι τὴν αὔξησιν ἐπίδοσιν ὀνομάζουσιν ἔνιοι, καθάπερ ἄλλοι τινὲς ἀνάβασιν· ἡμεῖς δ' ἅπασι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς ἂν ἐπέλθῃ, χρησόμεθα· δηλοῖ γὰρ ἓν πρᾶγμα πάντα. τοῦτο οὖν τὸ πρᾶγμα, ὃ τρισὶν ὀνόμασι προσαγορεύεται, ἵσταταί ποτε καὶ παύεται τῆς αὐξήσεως, καὶ φαίνεται διαμένον ἴσον ἑαυτῷ κατά τινα χρόνον, ἤτοι μακρότερον, ἢ βραχύτερον· εἶτ' ἐντεῦθεν ἔλαττον ἑαυτοῦ γινόμενον, ἤτοι διὰ ταχέων, ἢ χρόνῳ πλείονι· καὶ ποτὲ μὲν εἰς ἀπυρεξίαν ἡ τοῦ πυρέξαντος οὕτως

los, dum actionem aliquam confuetam obirent, paulatim inhorruiffe primum; deinde iterum atque iterum inaequalitatem quandam validiorem horroremque evidentiorem fenfiffe, ut quae prius citra laefionem agebant, neque agere neque fuftinere poffent, fed et decumberent et cooperiri defiderarent; atque hoc aliis accidiffe horis tribus, aliis paucioribus, vel pluribus; ex eo autem tempore calorem moleftum, eumque praeter naturam fenfim augescentem percepiffe; nam his principium acceffionis ab incremento propria fpecie differre manifefto videtur. Perfpicuum vero eft, quosdam augmentum vocare incrementum, quemadmodum alios quosdam afcenfum; nos omnibus vocabulis, ut in mentem venerit, utemur; omnia fiquidem rem unam denunciant. Haec itaque res quae tribus nominibus appellatur, fiftit quandoque et ab incremento ceffat et fibi ipfi aequalis, vel longiore, vel breviore quodam tempore permanere videtur; deinde minor quam fuit, vel citius, vel diuturniori temporis fpatio fieri; interdumque febricitantis affectio ad integritatem fic reverti

Ed. Chart. VII. [294.] Ed. Bas. III. (380.)

φαίνεται ἐπανερχομένη διάθεσις, ἔστι δ' ὅτε ὑπὸ τῆς εἰσβολῆς δευτέρου παροξυσμοῦ καταλαμβανομένη τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἔχοντος τῇ προειρημένῃ. καὶ πάντως γ' ἔστιν ὅτε τὰ προειρημένα δεύτερον αὖθις ἐπιγίγνεται τῷ νοσοῦντι, πολλάκις δ' ἔστιν ὅτε καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον, καὶ πέμπτον δὲ, περιερχομένης τῆς νόσου κατά τινα κύκλον ἐκ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ διὰ τῆς αὐτῆς τάξεως. ὀνομάζουσι δὲ τὸν τοιοῦτον κύκλον ἕκαστοι οἱ ἰατροὶ περίοδον. ἔνιοι μὲν οὖν αὐτῶν ἐν τέτταρσι καὶ εἴκοσιν ὥραις περιγράφονται, καὶ καλοῦσιν αὐτὰς ἀμφημερινάς· ἔνιαι δὲ ἐν ὀκτὼ καὶ τετταράκοντα, τουτέστιν ἐν δυσὶν ἡμέραις καὶ νυξὶν, ἃς ὀνομάζουσι τριταίων πυρετῶν περιόδους· ἑτέρας δέ τινας ἑβδομήκοντα καὶ δυοῖν ὡρῶν περιγράφει χρόνος, ὧν τοὺς μὲν πυρετοὺς αὐτοὺς ὀνομάζουσι τεταρταίους, τὸν κύκλον δ' ὅλον, ὃς ἐπανέρχεται εἰς τὴν μίαν ἀρχὴν, τεταρταίαν περίοδον· οὕτω δὲ καὶ τριταίαν περίοδον ἅμα τριταίῳ πυρετῷ, καὶ τὴν ἀμφημερινὴν ἑκάστης ἡμέρας ἐπανακυκλοῦσαν ἅμα τοῖς ἀμφημερινοῖς πυρετοῖς· ἀλλ' αἵ γε περίοδοι πᾶσαι ποτὲ μὲν εἰς ἀπυρεξίαν ἀφικνοῦνται, καθάπερ ἐν τοῖς προειρημένοις πυρετοῖς,

apparet, interdum a secundae accessionis insultu eandem speciem cum praedicta habentis excipitur, atque interdum omnino praedicta secundo rursus aegrotanti adveniunt; plerumque tertio, quarto et quinto; morbo videlicet ex iisdem ad eadem eodem ordine per circulum quendam redeunte; hunc circulum singuli medici periodum, i. e. *circuitum*, appellant. Nonnulli ex hujus genere viginti quatuor horis describuntur, vocanturque quotidiani. Aliqui quadraginta octo, hoc est duobus diebus et noctibus, quos tertianarum febrium circuitus nominant. Alios quosdam septuaginta duarum horarum tempus circumscribit, quorum febres ipsas quartanas nuncupant; circulum autem universum, qui ad unum principium revertitur, quaternarium circuitum; sic etiam ternarium simul cum tertiana febre et quotidianum singulis diebus revertentem simul cum quotidianis febribus. At circuitus omnes aliquando ad integritatem perveniunt,

Ed. Chart. VII. [294. 295.] Ed. Baf. III. (380.)

ἀμφημερινῷ καὶ τριταίῳ καὶ τεταρταίῳ· ποτὲ δὲ εἰς παρακμὴν μόνον, ἤτοι πλησίον ἀπυρεξίας ἥκουσαν, ἢ καὶ πορρωτέρω.

Κεφ. γ'. Παραδείγματος οὖν ἕνεκεν ἐπὶ τριταίου πυρετοῦ πρῶτον ἡμῖν ὁ λόγος γινέσθω. φρίκη μετρία τῶν τοιούτων πυρετῶν ἄρχεται, εἶτ' ἄκρων ψύξις ἅμα φρίκαις μείζοσιν, εἶτ' ἤδη καὶ ῥιγοῦσι καὶ ψύχονται τὰ πλεῖστα τοῦ σώματος. ὁ δὲ σφυγμὸς αὐτῶν ἐν τῷδε τῷ καιρῷ σκληρότερός τε καὶ μικρότερος γίνεται τοῦ πρόσθεν, ὠκύτερός τε σαφῶς κατὰ τὴν συστολὴν, τοῖς εἰδόσιν αἰσθάνεσθαι συστολῆς· ὡς ἥ γε διαστολὴ τὰ πολλὰ μὲν ἑαυτῆς βραδυτέρα, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν εἰσβολὴν, ἐνίοτε δ' ἂν σοι δόξειεν ὁμοία διαμένειν τῇ προϋπαρχούσῃ καταστάσει. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν ἠρεμιῶν ἡ μὲν ἐπὶ τῇ συστολῇ μακροτέρα πώς ἐστιν· ἡ δ' ἐπὶ τῇ διαστολῇ κατὰ τὸν αὐτὸν ἐκείνῃ τρόπον ὡς τὰ πολλὰ μὲν ἴση τῇ πρόσθεν, ἔστι δὲ [295] ὅτε οὐκ ἴση. ταῦτα ἐνίοις μὲν ὥραις γίνεσθαι πέφυκεν ἰσημεριναῖς δυσὶ, τισὶ δὲ ἤτοι πλείοσιν αὐτῶν, ἢ ἐλάττοσιν· εἶθ' ὁ σφυγμὸς, ἀρξάμενος

ut in praedictis febribus, quotidiana, tertiana et quartana; alias ad declinationem solum, vel propius ad integritatem, vel etiam longius ab ea venientem.

Cap. III. Itaque de tertiana febre exempli gratia nobis primum verba sint. Ab horrore moderato hujusmodi febres incipiunt; deinde extremarum partium simul cum horrore vehementiore frigus; postea jam et rigore et frigore concutiuntur plurimae corporis partes. Pulsus earum hoc tempore durior et minor, quam prius, evadit, velocior manifesto in systole, iis qui systolem sentire noverunt; nam diastole multo quam fuit tardior praesertim in insultu est; interdum vero similis priori constitutioni permanere tibi videbitur. Quin et illa quies, quae post systolen est, longior quodammodo est; quae vero post diastolen est, eodem atque illa modo, saepe quidem est priori aequalis, aliquando vero non aequalis. Haec quibusdam horis aequinoctialibus duabus fieri consueverunt; quibusdam vel pluribus eis, vel

Ed. Chart. VII. [295.] Ed. Baſ. III. (380.)

μείζων θ' ἅμα καὶ θάττων καὶ πυκνότερος γίγνεσθαι, κατὰ βραχὺ προστίθησιν ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων. εὐθὺς δὲ καὶ θερμότεροι σφῶν αὐτῶν ἀποτελοῦνται σὺν ταῖς εἰρημέναις τοῦ σφυγμοῦ μεταβολαῖς, ὥστ' ἔνιοι πολλῆς αἰσθάνονται θερμασίας ἔνδον, ἔτι κατεψυγμένοι τὰ κῶλα, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν ἀνωμαλία τις ἐπικρατεῖ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον οὐ σμικρὰ περὶ τὸ σῶμα· δεύτερος οὗτος ὁ χρόνος ἐκείνου τοῦ πρώτου, καθ' ὃν ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσεως ἐψύχθη μὲν ὅλον τὸ σῶμα, τοῦ σφυγμοῦ δ' ἡ μετάπτωσις εἰς τἀναντία τοῖς πρόσθεν ἐγένετο. κατὰ μέν γε τὴν ἀπυρεξίαν, ἥτις ἡμῖν καλείσθω διάλειμμα, διότι καὶ ὁ Ἱπποκράτης οὕτως ὠνόμασιν, ὁ σφυγμὸς ἐν τῇ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν καταστάσει, τοιοῦτον δὲ τὸ κάλλιστον διάλειμμα, μεταβάλλει γὰρ ἐξαίφνης εἰς τὰς εἰρημένας ὀλίγον ἔμπροσθεν διαφορὰς ἅμα τῷ κατεψύχθαι τὸ ζῶον, εἶτ' αὖθις εἰς τἀναντία τρέπεται μετὰ τοῦ θερμαίνεσθαι. πρῶτος οὖν χρόνος ἐναργῶς ἐστι τῆς ὅλης περιόδου, καθ' ὃν ἐψύχθη τὸ σῶμα σὺν ταῖς εἰρημέναις τοῦ σφυγμοῦ μεταβολαῖς, ἤτοι ἐξ ὑγείας,

paucioribus; deinde pulſus major ſimul et velocior denſiorque fieri incipiens, ſenſim ſingulis commemoratis increscit. Statim vero calidiores quam antea cum relatis pulſus mutationibus redduntur; ita ut quidam multum calorem intus ſentiant, artubus adhuc frigentibus; atque omnino inaequalitas quaedam non parva in corpore per hoc tempus invalescit. Secundum hoc tempus ab illo primo eſt, in quo ex priore ſtatu univerſum quidem corpus refrigeratum fuit, pulſus autem in contraria prioribus facta mutatio. In integritate ſane, quae intermiſſio nobis nominetur, quoniam et Hippocrates eam ita nominavit, pulſus in naturali ſtatu conſiſtit, quantum quidem ſenſu percipere poſſumus; (hujusmodi autem intermiſſio optima eſt) nam ſimul atque animal refrigeratum eſt, in dictas paulo ante differentias repente tranſit; poſtea rurſus, ubi incalescit, ad contraria vertitur. Primum itaque tempus totius periodi evidenter eſt, quo corpus cum mutationibus pulſus praedictis inalſit, vel ex ſanitate,

ἢ ἐκ διαλείμματος εἰς τοῦτο ἀφικόμενος· ἕτερος δ' ἐπὶ τούτῳ δεύτερος, ὁ τῆς εἰς τὰ ἐναντία μεταβολῆς τῶν τε σφυγμῶν καὶ τῆς θερμασίας, ἄχρι περ ἂν ὁμαλῶς γένηται θερμὸς ὁ σύμπας ὄγκος τοῦ σώματος· εἶτ' ἐπ' αὐτῷ τρίτος, αὐξανομένης μὲν ἔτι τῆς θερμασίας, ἀνάλογον δ' αὐτῇ καὶ τῶν σφυγμῶν ἐπιδιδόντων εἰς μέγεθος καὶ τάχος καὶ πυκνότητα· τετάρτη δὲ κατάστασις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις τρισὶν ὁρᾶται, τῶν εἰρημένων ἁπάντων ἴσον ἑαυτοῖς φυλαττόντων τὸ μέγεθος, ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν· εἶτ' ἐντεῦθεν ἄλλος πέμπτος, ὅταν ἤδη μὲν ἐλάττων ἡ θερμασία γίνηται σαφῶς, ἀτμὸς δὲ ἐκκρίνηται διὰ τοῦ δέρματος, ὁ σφυγμὸς δὲ ἐπὶ τὴν κατὰ φύσιν ἐπανέρχηται κατάστασιν, ἀποτιθέμενος ἃ παρὰ φύσιν ἐπεκτήσατο πάντα, μεγέθους τε πέρι καὶ ταχύτητος καὶ πυκνότητος. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ ἱδρὼς τοῖς πλείστοις αὐτῶν γίνεται, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τοῦ διαλείμματος ἀφικνεῖται χρόνος, ἕκτος ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις. οὐδὲν δὲ τούτων ὑπόθεσίς ἐστιν ἀδήλου πράγματος, ἀλλ' ἐναρ(381)γῶς ὁσημέραι σχεδὸν ἅπασι τοῖς πυρέττουσι τριταῖον πυρετὸν οὕτω φαίνεται γιγνόμενον· καὶ χρὴ προσθεῖναι τῷ λόγῳ τὸ πρὸς Ἱπποκράτους

vel ex intermiffione ad hoc deductum. Aliud ab hoc fecundum eft, quod pulfum et calorem in contraria mutat, donec tota corporis moles aequabiliter incalescat. Poft hoc, tertium, quo calor etiamnum augescit, pulfibus pari ratione magnitudine, celeritate et frequentia crescentibus. Quarta conftitutio poft tres commemoratas confpicitur, omnibus jam dictis aequalem fibi magnitudinem pro fenfus noftri judicio confervantibus. Ad haec quinta alia, quum jam calor manifefto decrescit, halitus autem per cutem excernitur, pulfus ad naturalem ftatum redit, deponens omnia quae praeter naturam in magnitudine, celeritate et denfitate acquifierat; hoc tempore plurimis ipforum fudor oritur et poft hunc intermiffionis tempus, fextum a praedictis advenit. Nihil porro horum abditae rei hypothefis eft, fed quotidie fere in omnibus tertiana febre laborantibus ita fieri confpicitur; atque huic fermoni dictum Hippocratis addendum eft, *eum*

εἰρημένον, ὡς μέχρι μὲν τούτου καὶ μὴ ἰατρὸς ἂν δύναιτο γινώσκειν ὀρθῶς, εἰ τὰς τοῦ σφυγμοῦ τροπὰς ἐξέλοιμεν τοῦ λόγου. περιεργότεραι γάρ ἢ κατὰ τὸν ἰδιώτην αὗταί εἰσιν, ἡ δὲ τῆς θερμασίας μεταβολὴ, κἂν εἰ μὴ βούλοιντο παρακολουθεῖν οἱ πάσχοντες, αὐτὴ κεντρίζειν τε καὶ νύττειν αὐτοὺς πέφυκεν, ὡς μὴ λαθεῖν. ἐξηγοῦνται γοῦν πάντες οἱ κάμνοντες οὕτως, ἐξαίφνης μὲν αὐτοῖς ἤτοι γ' ἀνωμαλίαν ἢ φρίκην διαδραμεῖν, εἶτ' ἐντεῦθεν ἅμα καταψύξει τῶν ἀκραίων ἐπιτείνεσθαι τὰς φρίκας, ἀκολουθῆσαι δὲ αὐταῖς τὸ ῥῖγος· εἶτ' αὖθις τοῦ μὲν ῥίγους γενέσθαι ποτὲ καὶ παῦλαν, ἐκλύεσθαι δὲ τὴν περίψυξιν τῶν ἄκρων, αἴσθησιν δὲ φλογώσεως ἔνδον εἶναι καὶ δίψος· ἐπὶ δὲ τούτοις αὖθις οἴχεσθαι μὲν ἅπασαν ἀνωμαλίαν, ὁμαλῶς δὲ καίεσθαι τὸ σύμπαν σῶμα, καὶ τοῦτο ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτοῖς γίνεσθαι, καὶ στῆναί γέ ποτε καὶ μεῖναι τὴν θερμασίαν ὁμοίαν ἑαυτῇ· εἶθ' ὕστερον αἴσθησιν αὐτοῖς ἐκλυομένης γενέσθαι, καὶ τοῦτο μέχρι τῆς καταστάσεως ἐκείνης μὴ παύεσθαι γινόμενον, ἐν ᾗ πρῶτον ᾔσθοντο μηκέτι πυρουμένων αὐτῶν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τριταίων πυρετῶν αἱ κατὰ μέρος διαφοραὶ

etiam qui medicus non fit, hactenus poſſe recte cognoscere, ſi pulſus mutationes a ſermone excipiamus. Majus enim hae negotium habent, quam ut ab idiotis queant intelligi, at caloris mutatio, etiamſi aegrotantes notare hanc nolint, ſtimulare ipſa pungereque eos ita conſuevit, ut non lateat. Referunt itaque ſic omnes aegri, ſubito quidem vel ſibi inaequalitatem, vel horrorem ultro citroque curſitare; deinde ſimul cum extremorum refrigeratione horrores intendi, ſequique ipſos rigorem; poſtea rurſus rigoris tandem fieri remiſſionem, extremorum algores reſolvi, aeſtus vehementis ſenſum et ſitim intus eſſe; ad haec rurſus omnem quidem inaequalitatem diſcedere, corpus vero totum aequabiliter ardere, atque hoc ſemper magisque fieri; ac calorem tandem aliquando ſiſtere, ſibique ſimilem manere; poſtremo ſolutionis ſenſum ſibi oboriri, idque ad conſtitutionem usque illam non ceſſare, in qua primum ſe uri non amplius ſentiunt. In tertianis itaque febribus particulares circuitus differentiae

Ed. Chart. VII. [295. 296.] Ed. Bas. III. (381.)

τῆς περιόδου τοιαῦταί τινες ὑπάρχουσιν· ἐπ' ἄλλων δὲ ἄλλαι διαφοραὶ πυρετῶν εἰσιν, ὑπὲρ ὧν ἐφεξῆς ἐρῶ.

Κεφ. δ΄. [296] Νυνὶ δὲ ἐπὶ τούτου πρῶτον, οὗ πρῶτον παρεθέμην, ὁ λόγος ἐξεταζέσθω. πρῶτος οὖν ἦν καιρὸς ὁ συνάπτων τῇ ἀπυρεξίᾳ, ψύξεως αἴσθησιν παρέχων, ὃν ἀρχὴν ὠνομάσαμεν· δεύτερος ὁ ἀποτιθέμενος τὴν ψύξιν, ὡς εἴρηται, κατὰ βραχὺ, καὶ καλείσθω συντόμου διδασκαλίας ἕνεκεν ἀνωμαλίας καιρός· εἶτ' ἐπ' αὐτῷ τρίτος ὁ τῆς ὁμαλοῦς αὐξήσεως. ἐφ' ᾗ τέταρτος ὁ τῆς στάσεως, καὶ πέμπτος ὁ τῆς μειώσεως· εἶθ' ἕκτος ὁ τῆς ἀπυρεξίας. ὅτι μὲν οὖν ἓξ εἰσιν αἱ εἰρημέναι κανονικαὶ διαφοραὶ κατὰ τὰς τῶν τριταίων πυρετῶν περιόδους, αἰσθήσεως δεῖ καὶ μνήμης, οὐκ ἀποδείξεως λογικῆς. ἓξ δ' οὐσῶν αὐτῶν, ὀνόματα συνθέσθαι κάλλιον ἕνεκα συντόμου θ' ἅμα καὶ σαφοῦς δηλώσεως· καθάπερ τις νόμος ἐστὶ κοινὸς ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν, ὧν μὲν ἂν ἔχωμεν ὀνόματα πραγμάτων παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις εἰρημένα, χρῆσθαι τούτοις· ὧν δ' οὐκ ἔχομεν, ἤτοι μεταφέρειν

hujusmodi quaedam sunt; in aliis autem febribus aliae differentiae, de quibus ordine disseram.

Cap. IV. Nunc in hac primum, quae prima proposita est, sermo expendatur. Primum igitur erat tempus, quod integritati cohaeret, frigoris sensum praebens, quod principium nominavimus; secundum, quod frigus, ut dictum est, paulatim deponit et vocetur concisae doctrinae gratia inaequalitatis tempus; ab hoc tertium, quod est aequalis incrementi; postea quartum, quod est status; quintum, quod est imminutionis; postremo sextum, quod est integritatis. Quod igitur sex dictae regulares in tertianarum febrium circuitibus differentiae sint, sensu et memoria, non demonstratione logica indiget. Sex autem ipsis existentibus nomina praestat imponere, tum compendii tum manifestae explicationis gratia; quemadmodum lex quaedam est communis omnibus Graecis, ut quarum rerum nomina apud vetustiores usurpata invenimus, his utamur; quarum vero non habemus, vel ab aliqua earum rerum, quarum habemus no-

ἀπό τινος ὧν ἔχομεν, ἢ ποιεῖν αὐτοὺς κατὰ ἀναλογίαν τινὰ τὴν πρὸς τὰ κατωνομασμένα τῶν πραγμάτων, ἢ καὶ καταχρῆσθαι τοῖς ἐφ᾽ ἑτέρων κειμένοις. ἔξεστι μὲν τῷ βουλομένῳ μήτε φυλάττειν τὰ συνήθη τοῖς Ἕλλησιν, εἴ που δεήσειε ποιεῖν αὐτὸν, εἰς τοὺς εἰρημένους ἀποβλέπειν σκοπούς, καὶ πολὺ τοῦτ᾽ ἔστι παρὰ τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς, ὡς ἂν μὴ παιδευθεῖσι τὴν ἐν παισὶ παιδείαν, ὥσπερ οἱ παλαιοί. συγχωρητέον οὖν αὐτοῖς ὡς ἂν ἐθέλωσιν ὀνομάζειν, ἐπειδὴ μάχιμοί τ᾽ εἰσὶ καὶ ἀναιδεῖς, καὶ πολλάκις γε χρηστέον τοῖς ὀνόμασιν, ὡς ἂν ἐκεῖνοι κελεύωσιν, ὑπὲρ τοῦ φυγεῖν αὐτῶν τὴν γλωσσαλγίαν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βλαβήσονταί τι διὰ τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασι παρανομίαν οἱ κάμνοντες· ὅταν δὲ ἤτοι κλέπτωσί τινα καιρὸν ὅλον ὑπερβαίνοντες, ἢ τοῖς εἰρημένοις ἐπεισάγωσι τὸ μὴ φαινόμενον, οὐκ ἐπιτρεπτέον αὐτοῖς, ὡς ἂν εἰς βλάβην ἤδη τῶν νοσούντων τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας διαφερούσης. ἄμεινον οὖν ἐστιν ἐν τῷδε, προδιεσκέφθαι τὰς τῶν σφαλμάτων αἰτίας, παρ᾽ αἷς οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν σφάλλονται, πρὸς τὸ μήτ᾽ αὐτούς τι σφαλῆναι κἀκείνοις ἐπιδεῖξαι τὴν ἀληθῆ τοῦ

mina, transferamus, vel ipsi secundum quandam similitudinem cum iis quae denominata sunt, fingamus, vel dictis de aliis abutamur. Licet quidem, si quis velit, ne consueta quidem Graecis servare, si facere ipsum oporteat, ad praedictos scopos respicere. Atque hoc frequens est apud recentiores medicos, ut qui non institutione a puero, quemadmodum veteres, instructi sint. Concedendum itaque ipsis est, ut volent, appellare; quoniam contentiosi sunt et impudentes; frequenter etiam omnibus utendum, ut illi praecipiunt, quo nugacitatem ipsorum fugiamus. Neque enim propter peccatum in nominibus aegrotantes incommodi quicquam capient. Quum autem vel tempus aliquod clam totum praetereunt, vel praedictis quod non apparet, adjungunt, non concedendum ipsis est, tanquam hujusmodi peccato ad aegrorum laesionem jam spectante. Melius itaque est, hic erratorum causas prospicere, ob quas medicorum plurimi falluntur, tum ut ne ipsi erroris quippiam commit-

Ed. Chart. VII. [296. 297.] Ed. Baf. III. (381.)

πράγματος ὁδὸν, εἰ βουληθεῖεν. ἔνιοι γὰρ αὐτῶν οὕτω πεφύκασιν, ὡς μηδ᾽ ἂν τὸν Ἀπόλλωνα αὐτὸν ἢ τὸν Ἀσκληπιὸν σχῶσιν ἐπιθυμοῦντάς τε διδάσκειν αὐτοὺς καὶ παρακαλοῦντας, ὑπακοῦσαί ποτε καὶ παρασχεῖν δύνασθαι τὰ ὦτα, μήτοιγε δὴ καταδέξασθαι τῇ ψυχῇ τὰ λεχθέντα. ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνοις γε ταῦτα γεγράψεται. τοῦτο τοίνυν σφάλματος αὐτῶν αἰτία πρώτη καὶ μάλιστ᾽ ἐστὶν, ἡ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς ἄγνοια. τριταῖος μὲν γὰρ, ὡς εἴρηται νῦν, εἴωθε κινεῖσθαί τε καὶ τὰς ὥσπερ ἡλικίας αὐτοῦ διανύειν, οὐ μὴν ὁμοίαν γε κίνησιν ἔχει πᾶν νόσημα· διόπερ οὔθ᾽ ἡμεῖς ὀρθῶς, ἃ περὶ τριταίων εἰρήκαμεν, ἐπὶ πάντα μετοίσομεν, οὔτ᾽ ἄλλός τις ἀπ᾽ ἄλλου πάθους ὁρμηθεὶς, ἕνα κοινὸν ἀξιώσει λόγον ἁπάντων ὑπάρχειν. αὕτη μὲν οὖν ἡ πρώτη καὶ μεγίστη τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν αἰτία.

Κεφ. ε΄. [297] Τὰς δ᾽ ἄλλας ἐφεξῆς ἐρῶ, κατὰ τὴν τῆς χρείας τάξιν, ἐπειδὰν πρότερον ὀνόματα θῶ τοῖς εἰρημένοις τῆς τριταίας περιόδου καιροῖς. Ἱπποκράτους γοῦν εἰρηκότος· οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυροὶ

tamus, tum ut illis veram rei viam, si velint, ostendamus. Quidam enim ex eis ingenio tam refractario sunt praediti, ut ne si Apollinem ipsum, vel Aesculapium habuerint cupientes ipsos docere et monentes, obtemperare unquam aut aures praebere possint, nedum dicta animo suscipere; quare nec illis haec scribentur. Haec igitur erroris ipsorum causa prima et maxima est, morborum differentiae ignorantia. Tertiana siquidem, ut jam expositum est, moveri et veluti aetates suas perficere consuevit; quanquam non similem motum quivis morbus obtinet; quare neque nos recte, quae de tertianis diximus, ad omnes transferemus; nec alius quispiam ab uno affectu progressus communem unam omnium rationem esse existimabit. Haec itaque prima maximaque errati ipsorum causa est.

Cap. V. Alias autem *causas* pro usus ordine deinceps explicabo, ubi nomina prius commemoratis tertianae periodi temporibus imposuerim. Proinde quum Hippocrates dixerit: *Febres, quaecunque non intermittentes tertio*

γίνονται, ἐπικίνδυνοι· ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλίπωσι, σημαίνει, ὅτι ἀκίνδυνοι· τὸ διαλιπεῖν οὐκ ἔστιν ἐπ' ἄλλου δέξασθαι μέρους τῆς περιόδου, τὴν ἀπυρεξίαν ὑπερβάντα. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γέ φησιν, ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ παρακμάζωσιν, οὐ γὰρ ἀληθὲς τοῦτο. χείριστος γὰρ πυρετῶν ὑπάρχων ὁ ἡμιτριταῖος, ὅμως εἰς παρακμὴν ἀφικνεῖται σαφῆ τοῖς πολλοῖς, καὶ ἐν ἄλλοις ἅπασι κατά γε τοῦτο παραπλησίως, ὅτι μὴ τοῖς συνόχοις ὠνομασμένοις· οὗτοι γὰρ μόνοι πυρετοὶ οὐκ ἔχουσι παρακμὴν αἰσθητὴν, ὥσπερ οὐδὲ τὴν ὅλην περίοδον, οὔτέ τινα ἄλλην διαφορὰν τῶν προειρημένων, ἀλλ' οἵαν ἔφαμεν εἶναι τῶν τριταίων τὴν ἐπὶ τοῦ μεγέθους ἔν τινι χρόνῳ στάσιν, ἐκεῖνοι τοιαύτην ἔχουσιν ὀλίγου δεῖν ἅπασαν αὐτῶν τὴν διέξοδον. εἴπερ οὖν, ὡς ἔφην, ἀκίνδυνοι κατά γε τὴν ἑαυτῶν φύσιν εἰσὶν οἱ εἰς ἀπυρεξίαν λήγοντες, ὡς ἐν τοῖς περὶ αὐτῶν λόγοις ἐπεδείξαμεν, οὐκ ἄλλό τι τὸ διαλιπεῖν Ἱπποκράτης ὠνόμασεν, ἢ τὸ λήγειν εἰς ἀπυρεξίαν. ὥστ' εὐλόγως ἄν τις ἑπόμενος τῇ παλαιᾷ συνηθείᾳ διάλειμμα καλέσειεν ἐν ταῖς τῶν τριταίων περιόδοις τὸν καιρὸν τῆς ἀπυρεξίας· ὥσπέρ γε

die vehementiores fiunt, periculosiores; quocunque autem modo intermiserint, periculum abesse significant; intermittere de alia parte circuitus capi non potest, si integritatem praeterieris. Non enim sane hoc ait, quocunque modo declinent; nam hoc falsum est, quippe quum semitertiana febrium deterrima sit, tamen in declinationem vulgo ipsi manifestam pervenit; et in aliis omnibus hac parte consimiliter, nisi in synochis appellatis; nam hae solae febres, declinationem sensibus apertam non habent, ut nec universum circuitum, nec aliam ex praedictis differentiam; sed qualem tertianarum magnitudinis aliquo tempore statum esse diximus, talem illae habent universum fere suum decursum. Si igitur, ut dixi, ex sua ipsarum natura periculo vacant, quae ad integritatem desinunt, sicut in libris de febribus ostendimus, non aliud Hippocrates intermittere nominavit, quam ad integritatem desinere. Quamobrem merito quis veterem consuetudinem sequutus, in tertianarum periodis intermissionem tempus integritatis appellaverit; quemadmodum et in

Ed. Chart. VII. [297.] Ed. Baf. III. (381.)

καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ μεγίστου μεγέθους στάσιν, ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν ἡμῶν τῶν ἁπτομένων, αὐτῶν τε τῶν καμνόντων, ἀκμήν. οὕτω γοῦν καὶ ἡ τῶν ἡλικιῶν ἀκμὴ τὸ τελεώτατόν ἐστι, καὶ φαίνεται καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι, καθάπερ καὶ τῷ διαλείπειν ὁ Ἱπποκράτης χρώμενος. ἀλλὰ καὶ τὸ πρῶτον μέρος τῆς περιόδου κατά γε τὴν πρώτην ἡμέραν γενόμενον ἐπὶ τῇ μεταπτώσει τοῦ κατὰ φύσιν, ἔν τε τῇ τρίτῃ καὶ τῇ πέμπτῃ καὶ ταῖς ἀνάλογον, ὡσαύτως περιοδίζον ἐπὶ τῷ διαλείμματι, καλοῦσιν ἀρχὴν, οὐχ Ἱπποκράτης μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ἰατροί. μετὰ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐναργῶς γνωριζομένην τῇ ψύξει δεύτερος ἦν καιρὸς ὁ τῆς ἀνωμαλίας, καὶ τρίτος ὁ τῆς αὐξήσεως, ἄχρι τῆς ἀκμῆς. ἐπικοινωνοῦντας δ᾽ αὐτοὺς ἀλλήλοις οὐκ ἀκριβῶς ἐθεάσαντο πάντες, ἰδέᾳ διαφέροντας· ὀνομάζουσί τε τὸ συγκείμενον ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἓν ὅλον, οἱ μὲν ἐπίδοσιν, οἱ δ᾽ αὔξησιν, οἱ δ᾽ ἀνάβασιν παροξυσμοῦ. καὶ μέντοι καὶ λέγουσιν ἀληθές τι· μετὰ γὰρ τὸν πρῶτον καιρὸν, ἐν ᾧ καταψύχεται μὲν τὰ ἐκτὸς, εἰς δὲ τὸ βάθος ἐναργῶς φαίνεται τὸ αἷμα συῤῥέον, ἕτερός ἐστι καιρὸς ὅλος, ὅλῳ τῷδε κατ᾽ ἀντίθεσιν ὑφιστάμενος,

maxima magnitudine moram, quantum nos tactu, ipfique aegrotantes percipimus, vigorem. Ita fane et aetatum vigor perfectiffimum eft, viderturque Hippocrates hoc ufus vocabulo, ficut et verbo intermittere. Sed et primam partem circuitus, quae primo die venit in everfione naturalis ftatus et tertio, quinto ac fimilibus eodem circuitu repetit poft intermiffionem, principium vocant, non Hippocrates modo, verum et alii prope omnes medici. Poft principium, quod frigore manifefte cognoscitur, fecundum tempus erat inaequalitatis; tertium incrementi usque ad vigorem. Communicantia haec inter fe, fpecie differre non exacte omnes confpexerunt; nominantque ex ambobus compofitum, tanquam unum totum, alii incrementum, alii augmentum, alii ascenfum acceffionis. Ac veri etiam nonnihil dicunt. Nam poft primum tempus, quo extremae partes refrigerantur, fanguis vero in altum confluere clare perfpicitur, aliud tempus eft

(382) διαμαχομένου μὲν τοῦ θερμοῦ τῇ ψύξει, ἀποτεινομένου δὲ πρὸς τὰ ἐκτὸς τοῦ αἵματος. καὶ εἴ γ' οὕτως αὐτὸν ἕνα λέγοιεν, ὡς εἴρηται νῦν, οὐ διοίσει καλεῖν τοῦτον ὅλον τὸν καιρὸν ἀνάβασιν· εἰ δ' οὕτω καλέσαντες, ἄτμητον ἐάσειαν, οὐ σμικρὰ βλάψουσι τὴν τέχνην. ὁ γὰρ τῆς ἀνωμαλίας ἐν αὐτῷ καιρὸς ὁ πρῶτος ἑτέρων ἔνδειξιν ἔχει βοηθημάτων, καὶ οὐ πάντη τῶν αὐτῶν τῷ μετ' αὐτὸν καιρῷ, καθ' ὃν ὁμαλὴς μὲν ἡ τοῦ παντὸς σώματος κατάστασίς ἐστιν, αὔξησις δὲ τῶν ὄντων, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἰδέας μενόντων, ἄχρι τῆς ἀκμῆς· λοιπὴ δὲ ἡ παρακμὴ καιρὸς εἷς ἐστιν ὅμοιος ἑαυτῷ κατὰ τὴν ἰδέαν, ὅτι μὴ [298] τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον αὐτὰ τὰ μόρια διαφέρει. ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τῷ πρώτῳ καιρῷ τῆς ἀρχῆς, καὶ τῷ δευτέρῳ τῷ τῆς ἀνωμαλίας, καὶ ἔτι τῷ τρίτῳ τῆς ἀναβάσεως ὑπάρχει. καὶ γὰρ τούτων ἑκάστῳ διαφορά τίς ἐστι κατὰ μέρος αἰσθητῶς ὑπαλλαττομένῳ. οὐ γὰρ ὁμοία κατὰ πάντα ἐστὶν ἑκάστου τῶν εἰρημένων καιρῶν ἡ ἀρχὴ τῇ τελευτῇ, διαφέρουσι δ' ἀλλήλων τε καὶ τοῦ μέσου καιροῦ σαφῶς. ἡ γοῦν ἀρχὴ τοῦ παροξυσμοῦ βραχύ τι τῆς κατὰ φύσιν

totum huic toti oppositum, quum videlicet calor cum frigore decertat, sanguis in exteriores partes extenditur. Atque si hoc pacto unum ipsum dixerint, quo jam exposuimus, nihil referet hoc tempus universum ascensum appellare; si vero ita vocatum, indivisum reliquerint, non mediocriter artem laedent. Etenim inaequalitatis in eo tempus primum aliorum praesidiorum indicationem habet, et non omnino eorundem ac sequens tempus, in quo aequalis quidem totius corporis constitutio est; incrementum vero praesentium in eadem specie ad statum usque permanentium. Reliqua declinatio tempus unum est specie sibi simile, nisi quod majoris minorisque ratione partes ipsae differunt. At hoc etiam in primo principii tempore et secundo inaequalitatis, atque etiam tertio ascensus, adest; siquidem unicuique horum, dum sensibiliter immutatur, particularis quaedam est differentia. Non enim cujusque dicti temporis principium fini omnino est simile, sed differunt inter se et a medio manifeste. Principium enim accessionis paululum a naturali constitutione re-

Ed. Chart. VII. [298.] Ed. Bas. III. (382.)

ἀποκεχώρηκε καταστάσεως, ὥσπερ ἡ τελευτὴ πλεῖστον· ὅπου δὲ ταῦτα μεγίσταις διαφοραῖς ἀλλήλων ἀποκεχώρηκε, πάντως δή που καὶ μέσος τίς ἐστιν αὐτῶν καιρὸς, πλεῖον μὲν τῆς ἀρχῆς ἀπέχων τοῦ κατὰ φύσιν, ἔλαττον δὲ τῆς τελευτῆς. οὕτω δὲ καὶ ἡ τῆς ἀνωμαλίας ἀρχὴ μικρόν τι διαλλάττει τῆς συναπτούσης αὐτῇ τοῦ πρώτου καιροῦ τελευτῆς, ἐπιπλέον δ' ἀφισταμένη, καὶ μέση οὖσα, μεταξύ πως ἥνωται τῇ εἰρημένῃ τοῦ πρώτου καιροῦ τελευτῇ καὶ τῇ ἀρχῇ τοῦ τρίτου. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, λόγον καὶ ὅσα συνάπτει τοῦ δευτέρου καιροῦ τοῦδε τῆς ἀνωμαλίας ταῖς ἀρχαῖς τοῦ τρίτου καιροῦ, παραπλησίαν ἐκείνοις ἔχει τὴν κατάστασιν. οὕτω δὲ καὶ τοῦ τρίτου πάλιν αὐτοῦ καιροῦ τὰ μὲν πρῶτα τῶν ὑστάτων τοῦ δευτέρου βραχὺ παραλλάττει, τὰ δ' ὕστατα παραπλήσιά πώς ἐστι τῇ τῆς ἀκμῆς ἰδέᾳ, τὸ μέσον δ' ἀμφοῖν ἴσον ἑκατέρων τῶν ἄκρων ἀφέστηκεν. ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν, ὥσπερ τούτων ἑκάστου τῶν καιρῶν, οὕτω καὶ τῆς παρακμῆς τὸ μὲν ἀρχὴν εἶναι, τὸ δὲ τελευτὴν, τὸ δὲ μεσότητα. καλεῖν δέ γε, εἰ βούλοιτό τις, ἕκαστον αὐτῶν ἰδίᾳ προσηγορίᾳ δύναται. ἀκούω γοῦν ἑκάστοτε τῶν ἰατρῶν λεγόντων, ἀπέκλινεν

cessit, sicut finis plurimum. Quum vero haec maximis differentiis inter se dissideant, medium plane tempus ipsorum aliquod est, magis quidem quam principium a naturali statu remotum; minus autem quam finis. Sic inaequalitatis etiam initium a cohaerente ipsi primi temporis fine paululum variat: plus autem recedens, mediumque existens, inter praedictum primi temporis finem et tertii principium quodammodo consistit. Eadem, opinor, ratione et quae secundi hujus temporis inaequalitatis partes cohaerent principiis tertii temporis, constitutionem illis assimilem obtinent. Sic et tertii rursus temporis prima, a secundi postremis parum dissident; postrema vero statum formae quodammodo similia sunt; medium amborum aeque ab utrisque extremis recessit. Quapropter mirum nihil est, si ut his temporibus singulis, ita declinationi quoque aliud principium, aliud finis, aliud medium sit. Atque unumquodque horum propria appellatione donare si quis velit, potest. Audio enim frequenter medicos dicentes, in-

ἀρτίως ἡ ἀκμὴ, νῦν ὑφίησι, νῦν ἐνδίδωσι, νῦν ἀνίεται· εἴπερ οὖν ταῦτα λέγουσιν, οὐκ ἀδύνατον αὐτοῖς τὰ πρῶτα τῆς παρακμῆς ὀνομάζειν ἀπόκλισιν, ἢ ὕφεσιν, ἢ ἔνδοσιν, ἢ ἄνεσιν, ἢ καί τινα τούτων, ἢ καὶ πάντα. καὶ μέντοι καὶ τὰ μέσα καλεῖν ἔξεστιν ὀνόματι τῶν εἰρημένων ἑνὶ, καὶ τελευταῖα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον· ὥσπερ καὶ ὁ Ἀρχιγένης ἄνεσιν ὀνομάζει τὸ τελευταῖον τῆς παρακμῆς. ἀλλ' ἐκεῖνος φαύλως γε πράττει, νομίζων αὐτὴν ἕτερον εἶναι καιρὸν ἰδέᾳ τινὶ διαφέροντα τῆς παρακμῆς. ἀμέλει πάντων τῶν μερῶν τῆς ὅλης περιόδου τὸ μὲν ἀρχὴν ποιούμενος, τὸ δὲ τελευτὴν, τὸ δὲ μέσον· οὕτω καὶ αὐτῆς τῆς ἀνέσεως ποιεῖται τὴν τομὴν, ὡς ἰδίου τινὸς ὄντος καιροῦ τῶν κατὰ τὴν πρώτην διαίρεσιν, ὅσοι διαφέρουσιν ἀλλήλων ἰδέαις τισὶν, οὐ μόνον τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. ἐν ἀμφοτέροις οὖν ἁμαρτάνει προφανῶς, ἐξαίρων τε τὴν ἀνάβασιν τῆς πρώτης τομῆς, ἣν ἐναργέστερον ἅπαντες οἱ ἄνθρωποι νοοῦσι τῆς ἀρχῆς, καὶ προστιθεὶς τὴν ἄνεσιν ἐν τῷ τέλει τῆς περιόδου. εἰ μὲν γὰρ εἰς ἀπυρεξίαν ἀφικνοῖτο, σαφὴς ἂν εἴη ἡ διαφορὰ τοῦ τοιούτου καιροῦ

clinavit nunc ftatus, nunc relaxatur, nunc decrescit, nunc remittit. Si igitur haec dicunt, integrum eft eis primas declinationis partes nominare inclinationem, vel relaxationem, vel decrementum, vel remiffionem, vel horum aliqua, vel omnia; quinetiam licet aliquo praedictorum nomine media nuncupare, ut et poftrema; quemadmodum Archigenes quoque declinationis poftremum remiffionem nominat. Verum ille perperam facit, quod a declinatione fpecie quadam differre exiftimet. Quum videlicet omnium partium totius circuitus aliam principium, aliam finem, aliam medium faciat; fic quoque remiffionem ipfam dividit, tanquam proprium quoddam tempus ex prima eorum divifione, quae fpeciebus quibusdam, non folum majoris minorisque ratione differunt. In utroque igitur clare peccat, tum augmentum ex prima divifione tollens, quod omnes homines manifeftius, quam principium, intelligunt; tum adjiciens remiffionem in circuitus fine. Si namque ad integritatem veniat, manifefta hujus-

πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας· εἰ δὲ ἐπιλαμβάνει τὴν παρακμὴν ἡ εἰσβολὴ τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ τριχῇ τμηθεῖσα, ἐν τῷδε τὸ τῆς ὅλης παρακμῆς μέρος ἔξεστι καλεῖν ἄνεσιν, οὐ μὴν ἄλλόν γέ τινα νομίζειν εἶναι καιρὸν ἰδίᾳ τινὶ φύσει χαρακτηριζόμενον, ὥσπερ τοὺς ἔμπροσθεν εἰρημένους. ὅτι μὲν οὖν ἔξεστι τὰ πάντα μέρη τῆς τριταίας περιόδου σαφέσι διαφοραῖς ἀλλήλων ὁρᾷν χωριζόμενα, πρόδηλον παντὶ τῷ θεασαμένῳ κἂν ἕνα τινὰ τῶν οὕτω καμνόντων ἀῤῥώστων· εἰ δέ τινες αὐτῶν ἀνονόμαστοι, πρὸς μὲν τοὺς ἐριστικοὺς ἐροῦμεν, καιρὸς πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τρίτος, καὶ τέταρτος, καὶ πέμπτος, εἶθ' ἕκτος, ὁ τῆς ἀπυρεξίας· πρὸς δὲ τοὺς εἰδότας ὀνομάτων χρῆσιν αὐτοὶ συντιθέμενοι τὰ ἐπιτήδεια. καὶ τῷ μὲν πρώτῳ καιρῷ τὸ τῆς ἀρχῆς ἴδιον [299] ὄνομα κείσθω· τῷ δὲ δευτέρῳ τὸ τῆς ἀνωμαλίας· τῷ δὲ τρίτῳ τὸ τῆς ἀναβάσεως· καὶ τῷ τετάρτῳ τὸ τῆς ἀκμῆς· καὶ τῷ πέμπτῳ τὸ τῆς παρακμῆς· ὁ δὲ ἕκτος, ὁ τῆς ἀπυρεξίας, διάλειμμα προσαγορευέσθω.

Κεφ. στ'. Ἔξεστι δὲ καὶ κατ' ἄλλόν τινα τρόπον εἰς μείζω μέρη διελεῖν ὅλην τὴν περίοδον, εἴ γε εἰς δύο

modi temporis a caeteris erit differentia; fi vero fecundae acceffionis infultus trifariam divifus, declinationem excipit, tum quidem totius declinationis partem remiffionem vocare licet, non tamen aliud quoddam effe tempus putare propria natura infignitum, quemadmodum prius dicta. Quod igitur omnes tertiani circuitus partes manifeftis a fe differentiis feparatas videre liceat, nemo ignorat, qui vel unum hoc morbo laborantem aegrum confpexerit; fi vero nonnulla eorum nomine careant, apud contentiofos dicemus, tempus primum, fecundum, tertium, quartum, quintum, deinde integritatis fextum: apud eos autem, qui nominum ufum fciunt, ipfi componentes idonea. Ac primo quidem tempori proprium principii nomen imponatur, fecundo inaequalitatis; tertio incrementi; quarto ftatus, et quinto declinationis; fextum, quod integritatis eft, intermiffio nominetur.

Cap. VI. Licet et alio quodam modo totum circuitum in majores partes dividere, fiquidem in duas ipfum totum

δυνατὸν αὐτὴν ὅλην διελεῖν, ἓν μὲν τὸ τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ ποιοῦντας, ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἄχρι τῆς ἐσχάτης ἀνέσεως· τὸ δὲ (μετὰ) μεταξὺ (ἐστὶ) τῆς παρακμῆς καὶ τῆς εἰσβολῆς τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ. καλῶ δὲ εἰσβολὴν παροξυσμοῦ τὸν ἀκριβῶς ἤδη πρῶτον χρόνον ἀπλατῆ, τὸν δ' αὐτὸν τοῦτον ἐπισημασίαν εἰώθασιν ὀνομάζειν. καὶ τό γε πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον· ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι· κατὰ ταύτην ἡγοῦμαι λελέχθαι τὴν τομήν. προειπὼν γὰρ, ὡς προσήκει, οἷς μὲν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾷν, οἷς δ' ὕστερον, εἰς ἐκεῖνο μὲν καὶ πρὸ ἐκείνου λεπτῶς, ἔμπροσθεν δὲ πιότερον διαιτᾷν, ὡς ἂν ἐξαρκέσοι ὁ νουσέων, ἐπήνεγκεν· ἐν δὲ τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή· διδάσκων ἡμᾶς δηλονότι μόνον ἐκεῖνον τὸν καιρὸν φυλάττεσθαι, τὸν ὑπ' αὐτοῦ καλούμενον παροξυσμόν. οὐδέποτε γὰρ ἐν αὐτῷ τρέφομεν, ἐν δὲ τῷ λοιπῷ παντὶ τῆς ἀνέσεως ἄλλοτε κατ' ἄλλο μόριον αὐτοῦ· ποτὲ μὲν γὰρ ἁπλοῦς ἐστιν ἐκ παρακμῆς μόνον ὑπάρχων, ἐνίοτε δ' ἐκ παρακμῆς καὶ διαλείμματος σύγκειται. αὕτη μέν ἐστιν ἡ εἰς δύο μέρη τομὴ τῆς μιᾶς

licet dividere; unam primae accessionis, a primo insultu ad extremam usque remissionem; alteram inter declinationem et secundae accessionis insultum. Voco jam insultum accessionis tempus omnino jam primum latitudinis expers; hoc ipsum significationem nominare consueverunt. Et quod ab Hippocrate dictum est, *in accessionibus abstinendum,* secundum hanc divisionem pronunciatum existimo. Quum enim praedixisset, *Quibus statim vigor adest, iis statim tenuem victum adhibendum; quibus postea vigor advenit, iis in illo ipso et ante illum, tenuiter vivendum, antea vero plenius nutriri oportere, ut aeger sufficiat;* subdidit, *in accessionibus abstinendum,* docens nos videlicet, solum illud tempus quod accessionem vocat, observandum esse. Nunquam enim in hoc nutrimus, verum in reliquo omni tempore remissionis, interdum in alia atque alia ejus parte; quia ex simplici interdum declinatione, interdum ex declinatione et intermissione compositum est. Haec quidem unius circuitus

περιόδου, τὸ μὲν ἕτερον μέρος αὐτῆς τὸ πρότερον, ὀνομαζόντων ἡμῶν παροξυσμὸν, τὸ δὲ ἐπ' αὐτῷ δεύτερον, ἤτοι γε ἄνεσιν, ὡς ἀρτίως, ἢ ὡς ἔνιοι, διάλειμμα. διάλειμμα γὰρ καλοῦσιν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἰατρῶν τὸ μετὰ τὴν ἀκμὴν ἅπαν, ὅπως ἂν ἔχῃ φύσεως, εἴτ' οὖν εἰς ἀπυρεξίαν παυόμενον, εἴτε καὶ μή. ἀλλ' ἡμῖν γε φυλαττέσθωσαν αἱ προειρημέναι κλήσεις, ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν ἀσάφειαν γίνεσθαι κατὰ τὸν λόγον, καὶ προσαγορευέσθω τὸ μετὰ τὸν παροξυσμὸν ἅπαν ἄνεσις, οὐ κωλυόντων ἡμῶν, ὡς ἔφην, εἰ καὶ διάλειμμά τις αὐτὸν καλεῖν ὅλον, ἢ παρακμὴν, ἢ ἔνδοσιν, ἢ ὕφεσιν, ἢ ἀφαίρεσιν ἐθέλοι. πρόκειται γὰρ οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχεῖν, ἀλλὰ τὰ μέρη τῆς περιόδου σκοπεῖν ὁπόσα τε τὸν ἀριθμόν ἐστι καὶ ὅπῃ διενήνοχεν ἀλλήλων.

Κεφ. ζ. Αὕτη μὲν οὖν ἡ τομὴ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν ληγόντων ἁπάντων ἐστὶ πυρετῶν, ἀμφημερινῶν, τριταίων, τεταρταίων, ὡς ἐξ ἐχόντων τὰ μέρη διαφέροντα ἀλλήλων ἰδέαις εὐσήμοις· ἑτέρα δὲ, τῶν μὴ διαλειπόντων, εἰς πέντε μέρη διαιρουμένων. εἰσὶ δὲ καὶ οὗτοι πάμπολλοι, τινὲς μὲν

in duas partes est divisio, ut alteram ejus partem primam accessionem appellemus; secundam vel remissionem, ut paulo ante, vel ut quidam, intermissionem. Nam intermissionem non pauci medici quicquid intervalli post statum est, qualicunque natura praeditum, nominant; sive id ad integritatem veniat, sive non; verum nos appellationes praedictas observabimus, ne ulla sermoni obscuritas accedat; vocabimusque omne id quod accessionem sequitur, remissionem. Sed neque prohibemus, ut dictum est, siquis ipsum totum nominet intermissionem, vel declinationem, vel decrementum, vel remissionem, vel ablationem. Instituimus enim non de verbis disceptare, sed circuitus partes inspicere, quot numero sint et quomodo inter se differant.

Cap. VII. Haec igitur est divisio omnium febrium ad integritatem definentium, quotidianarum, tertianarum, quartanarum; ut quae sex partes speciebus manifestis diversas habeant: alia vero non intermittentium, quae in quinque partes diducuntur. Sunt autem et hae permultae, nonnul-

ἑκάστης ἡμέρας παροξυνόμενοι, τινὲς δὲ διὰ τρίτης· οὐ μὴν οἵ γε διὰ τετάρτης πολλάκις, ἀλλ᾽ ἐν τῷ σπανίῳ, φαίνονται γινόμενοι· τὸ πλεῖστον γὰρ αὐτῶν γένος εἰς ἀπυρεξίαν παύεται. διττὴ δὲ καὶ τούτων ἐστὶν ἡ ἰδέα τῶν εἰς (383) ἀπυρεξίαν μὴ παυομένων, ἀμφημερινῶν, τριταίων, τεταρταίων. ἔνιοι μὲν γὰρ αὐτῶν καὶ τὸ μέγεθος ἀποτίθενται τοῦ σφυγμοῦ καὶ τὸ τάχος καὶ τὴν πυκνότητα [300] καὶ τὴν σκληρότητα· τινὲς δὲ τὰ μὲν ἄλλα τρία πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγουσι, φυλάττουσι δὲ ταχύτητα οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἧττον. ἀλλ᾽ οὐ τοῦ νῦν παρόντος λόγου περὶ ἐκείνων διαιρεῖσθαι· πρόκειται γὰρ ἐξαριθμῆσαι τὰ μόρια τῆς περιόδου καθ᾽ ἕκαστον γένος νοσήματος. εἰρηκότες οὖν ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὡς ἕξ εἰσι τὰ πάντα κατὰ τοὺς διαλείποντας πυρετοὺς, ἑξῆς διερχόμεθα τὰ μέρη τῶν μὴ διαλειπόντων, πέντε εἶναι λέγοντες, ὅταν τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως αὐτοῖς ὑπάρχῃ, μόνον δὲ λείπῃ τὸ τῆς ἀπυρεξίας. ἡ δ᾽ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσιν ὁμοιότης ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, τὸ τῆς εἰσβολῆς τῶν παροξυσμῶν μετὰ συστολῆς γίγνεσθαι, ὀνομάζω δ᾽ οὕτω τὸ μετὰ τοῦ ψύχεσθαι, τούτῳ γὰρ ἕπεται κατὰ τοὺς σφυγμοὺς

lae quae quotidie exacerbantur; quaedam quae tertio quoque die; non tamen quae quarto, frequenter, ſed raro evenire videntur; plurimum enim earum genus ad integritatem deſinit. Atque duplex harum quoque ſpecies eſt, quae ad integritatem non finiunt, quotidianarum, tertianarum, quartanarum. Quaedam enim magnitudinem pulſus et celeritatem et denſitatem et duritiem deponunt; quaedam alia quidem tria ad naturalem ſtatum deducunt, ſervant autem celeritatem, hae magis, illae minus. At non eſt praeſentis ſermonis, illarum diſtinctionem proponere; partes enim circuitus in unoquoque morbi genere enumerare propoſuimus. Igitur quum paulo ante ſex in febribus intermittentibus eſſe diximus, deinceps non intermittentium partes referemus, quinque eſſe dicentes, quum aliae ſimiliter ipſis ſe habent, ſola autem integritatis pars deficit. In aliis autem partibus ſimilitudo haec neceſſario eſt, ut acceſſionum inſultus cum ſyſtole fiat (nomino autem ſic, cum frigore; nam hinc ſequi-

Ed. Chart. VII. [300.] Ed. Baf. III. (383.)

δυνάμεως ὠθεῖν αὐτὴν ἕκαστον ἐξ ἑαυτοῦ πρὸς τὸ πλησιάζον, ἄχρις ἂν ἐξ ἁπάντων ἐλαυνομένη, δι᾽ ἱδρώτων ἢ δι᾽ ἐμέτων ἢ καὶ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἐκκριθείη. τοῦτο δὲ καὶ (372) τοῖς ἠπεπτηκόσιν ἢ κακοχυμίας μεστοῖς, ἢ εἰς ἥλιον θερινὸν ἢ βαλανεῖον ἀφικομένοις, ἢ γυμναζομένοις συμπίπτει. φρικώδεις οὖν αὐτίκα γίνονται, καί τινες αὐτῶν καὶ ῥιγοῦσι. χρὴ γὰρ οὐ μόνον αἴτιον εἶναί τι δακνῶδες ἐν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ σφοδρῶς κινούμενον, εἰ μέλλει ῥῖγος ἐργάσασθαι. καὶ κοινὸν τοῦτο συμβέβηκεν ἀμφοτέρῳ τῷ γένει τῶν αἰτίων, ὅσα τε ψυχρὰ καὶ ὅσα θερμὰ ταῖς δυνάμεσίν ἐστι, τὸ κινεῖν ὀδυνηρῶς τὸ σῶμα. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς τεταρταίοις πυρετοῖς καὶ τοῖς τριταίοις συνεισβάλλει ῥῖγος, καίτοι ὑπὸ χυμῶν ἐναντίων τῇ δυνάμει συνισταμένοις, ψυχρὸς μὲν γὰρ ὁ μελαγχολικὸς χυμὸς, θερμὸς δὲ ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς. οὐχ ἁπλῶς δὲ πλεονάζειν αὐτοὺς ἔφην χρῆναι μέλλοντας ἐργάσασθαι ἢ φρίκην ἢ ῥῖγος, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων φέρεσθαι κινουμένους σφοδρότερον. ἐν ᾧ δὲ συννεύει μὲν εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος καὶ τὰ σπλάγχνα τὸ αἷμα, καὶ σὺν

cultate propellere, usque dum ex omnibus abacta, per ſudores aut vomitus aut etiam per alvum fuerit excreta. Hoc autem et cruditate laborantibus, aut vitioſo humore plenis, aut in ſolem aeſtivum aut balneum progreſſis, aut exercitatis accidit; horrore itaque ſtatim corripiuntur, nonnulli ipſorum etiam rigent. Oportet enim non modo cauſam quandam in nobis eſſe mordacem, ſed etiam vehementer agitatam, ſi factura ſit rigorem; ac commune hoc utrique cauſarum generi accidit, et quae frigidae, et quae calidae facultatibus exiſtunt, nempe ut corpus dolorifice moveant. Ideoque in quartanis febribus et tertianis rigor ſimul invadit, etſi ab humoribus contrariis facultate conſtituuntur; frigidus etenim melancholicus humor, calidus autem flavae bilis. Non abſolute autem abundare ipſos dixi oportere, ſi aut rigorem aut horrorem ſunt facturi, ſed etiam motu vehementiori per corpora ſenſilia ferri. Quo autem tempore ſanguis et cum eo etiam nimirum calor in altum corporis et viſcera

αὐτῷ δηλονότι καὶ ἡ θερμασία, ψυχρά τε καὶ ἄναιμα γίνεται τά τε κατὰ τὸ δέρμα μόρια καὶ σκελῶν καὶ χειρῶν τὰ τελευταῖα, διότι πλεῖστον ἀφέστηκε τῶν σπλάγχνων. ἐὰν μὲν οὖν ἐν τῷ βάθει συμβῇ σβεσθῆναι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἢ πνιγεῖσαν ὑπὸ τοῦ μὴ διαπνεῖσθαι πρὸς τοὐκτὸς, ἢ ἐκνικηθεῖσαν ὑπὸ τῶν ψυχρῶν αἰτίων, ἀποθνήσκει τὸ ζῶον· ἐὰν δὲ συννεύσῃ μὲν εἰς τὸ βάθος, ἀντίσχῃ δὲ τοῖς βιασαμένοις αἰτίοις ἀθροισθεῖσα, κατὰ τοῦτό καθάπερ ὄργανον γίνεται τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικῆς δυνάμεως τῆς ἐν ἅπαντι μορίῳ τοῦ σώματος ὑπαρχούσης. πεφυκυῖα γὰρ ἤδη καὶ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ἐκκρίνειν τὰ λυποῦντα, πολλῷ μᾶλλον ἐργάζεται μετὰ τῆς ἐκ βάθους ἀναφερομένης θερμασίας, συνεκβαλλούσης αὐτὰ τῇ ῥύμῃ τῆς φορᾶς εἰς ὅ τι περ ἂν εὐπετέστερον αὐτῇ γένηται. πολλάκις μὲν οὖν διὰ τοῦ δέρματος ἐκβάλλει τὰ λυποῦντα, πολλάκις δὲ δι᾽ ἐμέτων καὶ τῆς κάτω γαστρός. οὐ μόνον δ᾽ ἐπὶ τῆς ξανθῆς ἢ μελαίνης χολῆς ῥῖγος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ ψυχρῷ πάνυ φλέγματι φιλεῖ γίνεσθαι· καλεῖ δὲ ὑαλώδη τὸν χυμὸν τοῦτον ὁ Πραξαγόρας. ἀλλὰ τό γε τοιοῦτον ῥῖγος οὔτε σφοδρόν ἐστι, καί τοι δια-

refugit, cutis partes et crurum manuumque extrema frigida et exanguia redduntur, eo quod plurimum a visceribus absint. Si igitur in alto calorem insitum extingui contigerit, vel suffocatum, quod foras non transpiret, vel a frigidis causis evictum, animal emoritur. Sin autem in altum quidem refugiat, causis autem laedentibus collectus resistat, in hoc veluti instrumentum efficitur facultatis alienorum expultricis, quae in omni corporis parte consistit. Ipsa enim jam per se noxia expellere nata, multo id magis efficit caloris ex alto emergentis subsidio, qui simul ea robore lationis in quodcunque proclive ei fuerit, ejicit. Multoties igitur noxia per cutem excutit, saepe per vomitus et ventrem inferiorem. Caeterum non modo ex flava aut nigra bile rigor, sed etiam ex frigida admodum pituita fieri solet; vocat autem hunc humorem Praxagoras vitreum. Verum talis rigor neque vehemens est, etsi diebus nonnunquam plusculis dein-

μένον ἡμέραις ἐνίοτε πλείοσιν ἐφεξῆς· ἡσυχαζόντων δὲ καὶ μηδόλως κινουμένων, ἡσυχάζει καὶ αὐτό· κινηθεῖσι δὲ εὐθέως ἕπεται κατὰ τὰ μέτρα τῆς κινήσεως, ἐπὶ μὲν ταῖς ἰσχυροτέραις καὶ συντόνοις κινήσεσι σφοδρότερον, ἐπὶ δὲ ταῖς ἀσθενέσι βραχύτερον. εἶδον τοῦτο τὸ σύμπτωμα γυναιξὶ μᾶλλον ἢ ἀνδράσι γινόμενον, καὶ γυναιξὶ ταῖς ἀργότατα διαιτωμέναις καὶ λουτροῖς ἐπὶ τροφῇ χρωμέναις. εἶδον δὲ καὶ νεανίσκῳ τινὶ τῶν ἡμετέρων συμφοιτητῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινόμενον, ἡνίκα πρῶτον εἰς αὐτὴν κατεπλεύσαμεν ἐν ἀρχῇ φθινοπώρου. προσηνέγκατο δὲ οὗτος ἐφεξῆς ἡμέραις πλείοσι φοι[217]νίκων βαλάνους πολλὰς ἁπαλὰς καὶ νέας, ἐπὶ λουτροῖς τε καὶ πρὸ τούτων, ἦσαν δὲ οὐκ ἀκριβῶς αἵ γε πλείους αὐτῶν πέπειροι. συνέβη δὲ αὐτῷ τό γε πρῶτον ἀπὸ σφοδρᾶς ἄρξασθαι φρίκης ἐπὶ γυμνασίῳ τε καὶ λουτρῷ, δι᾽ ἣν καὶ προσδοκήσας πυρέξειν, κατεκλίθη τε καὶ σκεπάσας ἑαυτὸν ἱματίοις ἔμεινεν ἥσυχος. ὡς δὲ διελθούσης ὅλης τῆς νυκτὸς ἀπύρετος ἦν, ἐξανίστατο μὲν ἕωθεν ἐπὶ τὰ συνήθη, φρικώδης δ᾽ ἐν τούτῳ γιγνόμενος αὖθις κατακλιθεὶς ἡσύχαζεν

ceps perfeverat; conquiefcentibus autem et nullo modo agitatis, ipfe quoque ceffat; motos vero ftatim comitatur pro motus menfura, ob validiores et robuftos motus vehementior, ob imbecilles lenior. Vidi hoc fymptoma mulieribus magis quam viris accidere, ac iis mulieribus, quae in otio maximo degebant, et balneis poft cibos utebantur. Novi et adolefcenti cuidam ex noftris condifcipulis in Alexandria accidere, quum primum illuc appulimus initio autumni. Ingefferat autem hic pluribus deinceps diebus palmularum glandes multas teneras et recentes, et poft balnea et ante haec; erant autem plures ipfarum non exacte maturae. Accidit itaque ei, ut primum poft exercitium et balneum a vehementi inciperet horrore, propter quem et opinatus fe febricitaturum decubuit et veftimentis contectus conquievit. Quum autem tota nocte transacta febre careret, furrexit mane ad confueta munia revertens; horrorem interea fentiens, iterum decubuit, quievitque usque ad balnei

ἄχρι τῆς κατὰ τὸ βαλανεῖον ὥρας. ἐξαναστάντι δὲ αὐτῷ πάλιν ὡς ἐπὶ τὸ λουτρὸν ἡ φρίκη μείζων ἐγένετο, καὶ ἦν τὸ σύμπτωμα ῥῖγος καὶ ἤδη μικρόν. τότ᾽ οὖν ἡγησάμενος ἐκ παντὸς τρόπου πυρέξειν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐφ᾽ ἡσυχίας αὑτὸν συνέσχεν. ἐπεὶ δὲ καὶ διὰ τῆς ἡμέρας ὅλης καὶ διὰ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀποπειρώμενος ἐξεῦρεν ἑαυτὸν ἐπὶ μὲν ταῖς μετρίαις κινήσεσι φρίττοντα, ῥιγοῦντα δὲ, εἴ ποτε μειζόνως κινηθείη, συμβούλοις ἡμῖν ἐχρῆτο περὶ τῶν ποιητέων. ἀναμνησθεὶς οὖν ἐγὼ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν γυναικὶ τοιοῦτόν τι συμβεβηκὸς, ἀδεέστερόν τε τὸν ἑταῖρον ἐποίησα καὶ προὐτρεψάμην χρῆσθαι τοῖς θερμαίνουσί τε καὶ τέμνουσι πάχος χυμῶν ἐδέσμασί τε καὶ πόμασι καὶ φαρμάκοις. ἐκεῖνός τε οὖν οὕτω κατέστη, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ὁμοίως πάσχουσιν ἐν ἀρχῇ μὲν ἔδωκα τὸ διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων φάρμακον, ἐφεξῆς δὲ τὸ διὰ τῆς καλαμίνθης ἡμέτερον, εἶτα τὸ δι᾽ ὀποῦ Κυρηναϊκοῦ καὶ καστορίου συντιθέμενον, ὃ καὶ ταῖς τεταρταϊκαῖς περιόδοις ἐστὶν ὠφελιμώτατον, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ὑπὸ ῥίγους σφοδροῦ χειμάζωνται. μὴ θαυμάσῃς δὲ

horam. Ac quum ut ad balneum accederet, rurfus furrexiffet, horror vehementior invafit, eratque fymptoma rigor quoque jam exiguus. Tunc igitur omni modo febricitaturum fe arbitratus, multo adhuc magis in quiete fe continuit. Quum autem toto die nocteque infequenti experiendo deprehenderet fe ob mediocres motus horrere; fi quando largius moveretur, rigere; confilio noftro de iis, quae fieri expediebat, ufus eft. Ego itaque memor hujusmodi quiddam mulieri in Afia noftra accidiffe, familiarem et metu liberavi, et adhortatus fum, ut cibis, potionibus et medicamentis uteretur calefacientibus et craffitiem humorum incidentibus. Ille igitur hoc pacto convaluit. Poftea fimiliter affectis per initia quidem dedi medicamentum ex triplici pipere; deinde noftrum diacalaminthes; poftea ex liquore Cyrenaico et caftorio compofitum, quod etiam quaternariis circuitionibus eft utiliffimum, praefertim ubi a rigore vehementi algefcunt. Ne mireris autem, fi apud ve-

Ed. Chart. VII. [217.] Ed. Baf. III. (372.)

παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς εὑρὼν γεγραμμένον ἐπὶ τοῖς ἄνευ κρύους ῥίγεσιν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐν τῷ σώματι διαθέσεως ὁρμωμένοις ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι πυρετόν. οὔτε γὰρ λουτροῖς τοσούτοις ἐπὶ τροφαῖς, οὔτ' ἀργῷ βίῳ χρωμένοις τοῖς παλαιοῖς οὐδὲν τοιοῦτον συνέπιπτε· νυνὶ δ' ἄμφω ταῦτα πλεονάσαντα καὶ τουτὶ τὸ καλούμενον ἀνεκθέρμαντον ῥῖγος ἐργάζεται, νέον τι καὶ ξένον σύμπτωμα, διὰ τὸ νέον τῆς διαίτης· ἅπασί τε τοῖς οὕτω παθοῦσιν ἤτοι τάσεως ἢ βάρους αἴσθησις γίνεται κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον, ἔνθα κεῖται τὸ ἧπαρ, ἐμφραττομένων δηλονότι τῶν κατ' αὐτὸ φλεβῶν ὑπὸ τοῦ πάχους τῶν χυμῶν. ὥσπερ δὲ βάρους καὶ τάσεως τῆς κατὰ τὸ σπλάγχνον οἱ πάσχοντες ἴσχουσιν αἴσθησιν, οὕτω καὶ τοῦ ῥίγους αἰσθάνονται διαφέροντος τοῦ ἐν τεταρταίοις τε καὶ τριταίοις πυρετοῖς. ἐν μὲν γὰρ τοῖς τεταρταίοις τοιοῦτο γίνεσθαί φασιν αὐτοῖς τὸ ῥῖγος, οἷόν περ ὅταν ὁδοιπορήσωσι διὰ κρύους ἰσχυροῦ. ὡσαύτως δὲ κατὰ τοὺς τριταίους καὶ τοὺς καύσους πυρετοὺς, ὡς ὑπὸ βελονῶν ὀξέων τε καὶ λεπτῶν κεντούμενοι τὰς σάρκας αἰσθάνονται

teres medicos fcriptum invenias, *febrem comitari neceffario rigores, qui fine frigore obveniunt externo, ex ipfa corporis affectione prodeuntes;* nihil enim tale veteribus, nec tot balneis poft cibum nec vita otiofa utentibus, accidebat. Hoc autem tempore ambo haec frequenti in ufu habita, etiam rigorem hunc, qui *quod excalefieri nequeat* anecthermantos appellatur, excitant, novum quoddam et peregrinum fymptoma, propter victus novitatis rationem; omnibusque ita affectis vel tenfionis vel gravitatis fenfus in dextro hypochondrio oritur, ubi jecur fitum eft, venis nimirum ipfius craffitie humorum obftructis. Quemadmodum autem gravitatis et tenfionis in vifcere fenfum affecti habent, ita et rigorem percipiunt, ab eo, qui quartanis et tertianis accidit, diverfum. Nam in quartanis talem fibi rigorem fieri affirmant, qualem quum per frigus validum iter faciunt; in tertianis item et caufis febribus, tanquam ab aciculis acutis et tenuibus in carnibus lancinentur punganturque, faepe

πολλάκις. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἄπειρός εἰμι τοῦ τῶν τεταρταίων ῥίγους, ἔμπειρος δὲ θατέρου, τετράκις μὲν ἐν νεότητι πυρέξας τριταῖον πυρετὸν, καῦσον δὲ ἅπαξ. ὥστε ἔχω μαρτυρεῖν τῇ λελεγμένῃ τοῦ ῥίγους ποιότητι κατὰ τοιαῦτα παθήματα. τὸ δὲ τῶν τεταρταίων οἱ πειραθέντες ἄχρι καὶ τῶν ὀστῶν φασι διήκειν, ὅταν ᾖ σφοδρὸν, ὅμοιον ὑπάρχον τοῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος ἰσχυρῶς ψυχροῦ γιγνομένοις ῥίγεσιν. ἀλλὰ καὶ τοῦτ᾽ ἔχομεν προσθεῖναι τριταίοις τε καὶ καύσοις πυρετοῖς, οὐχ ὑπάρχον τοῖς τεταρταίοις. καὶ γὰρ διψῶσιν οἱ πλεῖστοι καὶ θερμασίας αἰσθάνονται κατὰ τὸ βάθος ἐν αὐτῷ τοῦ ῥίγους τῷ χρόνῳ, ὧν οὐδέτερον ὑπάρχει τοῖς ἐν τεταρταίῳ πυρετῷ ῥιγοῦσιν.

Κεφ. η΄. [218] Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ ῥίγους αὐτάρκως εἴρηται, λείποιτ᾽ ἂν ἔτι καὶ περὶ σπασμοῦ διελθεῖν. ἔσται δὲ οὔτε μακρὸς οὔτε ἀσαφὴς ὁ λόγος, εἴτις ὧν ἄχρι δεῦρο διῆλθον εἴη μεμνημένος. ἄρξομαι δὲ καὶ νῦν ἀπὸ τῆς ἀναμνήσεως ὧν ἐν τοῖς περὶ μυῶν κινήσεως ἔδειξα. πασῶν

ſentiunt. Ego itaque et ipſe quartanarum rigorem non expertus ſum, alterum autem expertus, ut qui in juventute quater tertiana febre laboraverim, cauſo autem ſemel; quare de dicta rigoris qualitate in hujusmodi affectibus teſtimonium ferre poſſum. Qui autem quartanarum rigorem experti ſunt, ad oſſa usque pertinere dictitant, ubi ſit vehemens, ſimilem rigoribus, qui ex ambiente nos aëre admodum frigido naſcuntur. Verum hoc quoque tertianis cauſisque febribus adjicere poſſumus, quod quartanis non ineſt. Etenim plurimi ſitiunt, et calorem per imas partes in ipſo rigoris tempore ſentiunt, quorum neutrum in quartana febre rigentibus accidit.

Cap. VIII. Quoniam vero et de rigore abunde dictum eſt, reliquum fuerit etiam de convulſione adhuc diſſerere. Erit autem neque longus neque obſcurus ſermo, ſi quis eorum, quae hactenus recenſui, memor fuerit. Incipiam autem etiam nunc a repetitione eorum, quae in libris de muſculorum motu demonſtravi. Quum enim omnes ar-

γὰρ τῶν καθ' ὁρμὴν κινήσεων ἐπιτελουμένων διὰ τῶν μυῶν, ὅταν ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς ἀνελκόμενοι συνεπισπάσωνται τῶν μορίων ἕκαστον εἰς ὃ καταπεφύκασιν, ἐπειδὰν γένηταί τι πάθος εἰς τάσιν αὐτοὺς ἄγον, ἀκολουθεῖ τούτῳ κίνησις, ὁμοία μὲν τῇ κατὰ φύσιν, ἀβούλητος δὲ, καὶ καλεῖται τὸ πάθος σπασμός. τὸ μὲν γὰρ τείνεσθαί τε καὶ σπᾶσθαι πρὸς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν τὸν μῦν, ὥσπέρ γε καὶ τὸ συνεπισπᾶσθαι πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνο τοῦ σώματος τὸ μόριον εἰς ὃ τὴν ἔμφυσιν ἔχει, κοινὸν τοῖς θ' ὑγιαίνουσίν ἐστι καὶ τοῖς σπωμένοις· τὸ δὲ ἀκούσιον ὑπάρχειν, τοῖς παρὰ φύσιν ἔχουσιν, οὐχ ὑπάρ(373)χον τοῖς ὑγιαίνουσιν. ἐὰν οὖν εὕρωμεν ὑπὸ πόσων αἰτίων τείνεται τὰ νευρώδη σώματα, πέρας ἂν ἤδη καὶ οὗτος ὁ λόγος ἡμῖν λάβοι. καὶ μὴν οὐδέν ἐστι τῶν ἔξω τοῦ σώματος εὑρεῖν χορδῶν νευρωδέστερον, ἃς ὁρῶμεν ὁσημέραι κατά τε τὰς λύρας καὶ κιθάρας ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν ἐντεινομένας μὲν, ἐπειδὰν χρῆσθαι μέλλωσι τοῖς ὀργάνοις, ἀνιεμένας δὲ, ὅταν παυσάμενοι κατατίθενται. ῥήγνυνται δὲ ἐν ταῖς τοῦ περιέχοντος

bitrarii motus musculis obeantur, quando ad sua ipsorum capita contracti, unamquamque partem, cui inseruntur, simul attraxerint; si affectus aliquis in tensionem ipsos ducens acciderit, hunc motus sequitur, similis quidem naturali, sed citra voluntatem, ac vocatur affectus convulsio. Quod enim musculus et tendatur et convellatur ad suum principium, sicut et quod illa corporis pars cui inseritur, cum ipso simul attrahatur, commune id et sanis et convulsis existit; quod autem invito hoc accidat, praeter naturam affectis, non sanis. Si igitur a quot causis nervosa corpora tendantur, invenerimus, finem sane et hic jam sermo nobis accipiet. Atqui nihil est eorum fere, quae extra corpus sunt, chordis nervosius, quas quotidie et in lyris et in citharis ab artificibus intendi quidem videmus, ubi instrumentis usuri sunt; remitti autem, quum cessantes ea reponunt. At rumpuntur in immoderatioribus aeris tempera-

ἀμετροτέραις κράσεσι, κατὰ μὲν τὰς ὑγρὰς καὶ νοτίους διαβρεχόμεναι, κατὰ δὲ τὰς ξηρὰς τε καὶ βορείους ἰσχυρῶς ξηραινόμεναι. διὰ τοῦτο οὖν ἀνιᾶσιν αὐτὰς κατατιθέμενοι, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ᾖ τι περιέχον ὁποῖον εἴρηται· ῥήγνυνται γὰρ ἑκατέρως τεινόμεναι. νόει δή μοι καὶ τὰ νεῦρα καὶ τοὺς τένοντας ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ἤτοι διατεινομένους ὑπὸ περιττῆς ὑγρότητος, ἢ ξηραινομένους ὑπὸ τῶν ξηραινόντων αἰτίων, εἰς τοσαύτην ἄγεσθαι τάσιν, ἐν ᾗ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἡ καθ᾽ ὁρμὴν ἐγίνετο κίνησις· ἐννόει δὲ καὶ ὡς ἐνδέχεταί τι τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἢ διὰ φλεγμονὴν ἢ δι᾽ ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἰσχυρῶς παθὸν, ἑαυτῷ συνεπισπᾶσθαι τὰ συνεχῆ νεῦρα. νοήσας γὰρ ταύτας πάσας τὰς διαθέσεις, εὑρήσεις ἐφ᾽ αἷς γίνεται σπασμός. αἱ γὰρ φλεγμοναὶ τῶν νευρωδῶν μορίων, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων ἢ καὶ πλησίον αὐτῆς γεννῶνται, τείνουσιν ἐπισπώμεναι τὰ συνεχῆ νεῦρα, καθάπερ ἐκτὸς οἱ τεχνῖται τὰς χορδάς· εἰ δὲ ὑπὸ πλήθους χυμῶν διαφραχθέντα τὰ νευρώδη σώματα τείνοιτο,

mentis, in humidis sane et austrinis commadefactae; in siccis autem et aquiloniis vehementer siccescentes. Propter hoc igitur remittunt ipsas quum seponunt, praesertim ubi ambiens fuerit qualis dictus est; rumpuntur enim utroque modo tensae. Considerato mihi et nervos et tendones in animalium corporibus vel distentos a superflua humiditate, vel siccescentes a causis siccantibus, in tantam perduci tensionem, in qua sanis motus siebat arbitrarius. Considerato item fieri posse, ut pars quaedam corporis, quae aut inflammatione, aut alia quadam causa valde sit affecta, nervos continuos secum attrahat convellatque. Etenim quum has omnes affectiones mente conceperis, ob quas convulsio oriatur, invenies. Siquidem inflammationes nervosarum partium, ac praesertim quum in nervorum principio aut etiam prope ipsum generantur, nervos continuos attrahentes tendunt, quemadmodum artifices extrinsecus chordas. Si autem nervosa corpora ab humorum copia madefacta tendan-

παραπλήσιον ἐν τῷδε τὸ πάθημα γίνεται ταῖς διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ περιέχοντος ἐντεινομέναις σφοδρότερον χορδαῖς. ἔμπαλιν δὲ ἐπὶ τοῖς κακοήθεσι καύσοις καὶ ταῖς ἰσχυραῖς φρενίτισι φαίνεται γινόμενον· ὡς γὰρ οἱ πλησιάζοντες ἱμάντες πυρὶ ξηραινόμενοι συσπῶνται καὶ τείνονται, τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ σπασμοὶ γίνονται δι' ὑπερβάλλουσαν ξηρότητα νοσημάτων, ἰσχυρῶς ξηραίνουσαν τὸ νευρῶδες γένος. ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς καύσοις διὰ μόνην τὴν ξηρότητα τοῦτο συμβαίνει· ταῖς δὲ φρενίτισι καὶ διὰ τὴν φλεγμονὴν τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων ἕπεται τὸ σύμπτωμα. γινώσκεις δὲ ἤδη, ὡς πᾶσιν ὡμολόγηται τοῦ πάθους τούτου τὸ μὲν ἐμπροσθότονος εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι, τὸ δὲ ὀπισθότονος, τὸ δὲ τέτανος· ὅταν μὲν εἰς τὸ πρόσω τείνηται τὰ μόρια τοῦ [219] σώματος, ἐμπροσθότονος· ὅταν δὲ εἰς τοὐπίσω, ὀπισθότονος· τέτανος δὲ ἰσοσθενὴς ἐφ' ἑκάτερα. τοὺς μὲν ἐπὶ ξηρότητι σπασμοὺς οὐκ ἂν ἰάσαιο, φθάνουσι γὰρ οἱ οὕτω παθόντες ἀπόλλυσθαι, μηδὲ ἐπινοῆσαι πρὸς αὐτοὺς ἴαμα συγχωροῦντες· ὅσοι δὲ διὰ πλῆθος ἢ φλεγμονὴν

tur, fimilis interea affectus oritur, atque chordis, quae propter ambientis humiditatem vehementius intenduntur. Contra in malignis febribus ardentibus et valida phrenitide fieri apparet; ut enim lora prope ignem ficcefcentia contrahuntur tenduntur que, eodem modo convulfiones fiunt ob nimiam morborum ficcitatem, quae nervofum genus admodum arefacit. In ardentibus igitur febribus id ex fola ficcitate evenit. Phrenitides autem et ex principii nervorum inflammatione fymptoma comitatur. Nofti vero jam hunc affectum, primum quidem emprofthotonon effe et dici, alterum opifthotonon, tertium tetanon, omnes habere pro confeffo. Quum fane in anteriora corporis partes tenduntur, emprofthotonon; quum in pofteriora, opifthotonon; quum denique ad utrasque partes aequali tenore, tetanon. Atque ex ficcitate convulfiones nunquam fanaveris; quippe ita affecti protinus emoriuntur, ne cogitandi quidem remedii tempus permittentes; quae autem ex copia, aut inflamma-

γίνονται σπασμοὶ, τούτους ἰάσῃ, τὸ μὲν πλῆθος κενῶν, τὴν φλεγμονὴν δὲ τοῖς ἰδίοις αὐτῆς βοηθήμασιν ἐκθεραπεύων, ἃ μεμάθηκας ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν.

tione fiunt convulſiones, his medeberis, copiam ſane evacuans; inflammationem vero propriis ipſius remediis perſanans, quae in medendi methodi libris didiciſti.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΡ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙ ΚΩΜΑΤΟΣ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VII. [191. 192.] **Ed. Baf. non habet.**

Κεφ. α'. Τί ποτε σημαίνει τὸ τοῦ κώματος ὄνομα παρ' Ἱπποκράτει; πότερον τὴν εἰς ὕπνον καταφορὰν, ὥς τινες τῶν [192] ἐξηγησαμένων ἔφασαν; ἢ ὕπνον αὐτόν; ἢ, καθάπερ ἄλλοι, τὴν ὑπνώδη καταφοράν; καὶ γὰρ καὶ οὕτως ὠνόμασάν τινες ἐν συνθέτῳ προσηγορίᾳ τὴν ἐξήγησιν ποιησάμενοι. τινὲς δ' οὐδὲν μὲν τούτων, τὴν ληθαργικὴν δὲ καταφορὰν κῶμα πρὸς τοῦ ἀνδρὸς ὀνομάζεσθαί φασι. παρὰ μὲν τῶν ἄλλων παλαιῶν οὐδὲ μία γένοιτ' ἂν μεγάλη μαρτυρία· καὶ γὰρ εἰ καὶ μάλιστα καθ' ἑτέρου

GALENI DE COMATE SECVNDVM HIPPOCRATEM LIBER.

Cap. I. Quid fignificat comatis nomen apud Hippocratem? utrum delationem in fomnum, ut quidam interpretum dixerunt? an fomnum ipfum? an, quemadmodum alii, fomnolentam cataphoram? etenim et fic nominarunt quidam, in compofita appellatione explicationem facientes. Quidam vero nihil quidem horum, fed lethargicam cataphoram coma a viro nominari dicunt. Ab aliis fane antiquis nullum haberi poteft magnum teftimonium. Etenim etfi

Ed. Chart. VII. [192.]
πράγματος ἐκεῖνοι τοὔνομα φέρουσιν, οὐδὲν κωλύει τὸν Ἱπποκράτην διαφερόντως χρῆσθαι. αὐτίκα παρὰ τῷ ποιητῇ δόξειεν ἂν ὕπνον δηλοῦν τοὔνομα·

Ἦ με μάλ' αἰνοπαθῆ μαλακὸν περὶ κῶμ' ἐκάλυψεν.

καὶ

— — ἐπεὶ αὐτῷ ἐγὼ μαλακὸν περὶ κῶμα κάλυψα.

ἀλλ' οὐχ Ἱπποκράτης οὕτω φαίνεται χρώμενος, εἴγε καὶ μετὰ ἀγρυπνίας πολλάκις τὸ κῶμα γίγνεσθαί φησι καὶ φρενιτικοῖς συνεδρεύειν. ἐν ἀρχῇ μὲν τοῦ προῤῥητικοῦ τάδε γράφει· οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γινόμενοι, μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, ὑποχονδρίου, τραχήλου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἆρά γε φρενιτικοί εἰσιν; ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν (ἀπό τινων τῶν ὁμολογουμένων αὐτοῦ γνησίων βιβλίων λάβωμεν τὰς μαρτυρίας) ὧδέ πως φησιν· ἑνδεκάτῃ κατενόει, κωματώδης δὲ ἦν, οὖρα πολλὰ, λεπτὰ καὶ μέλανα, ἄγρυπνος. εἶτ' ἐφεξῆς ταυτά φησι· ταύτῃ τὰ τῶν οὔρων διὰ τέλεος ἦν μέλανα καὶ λεπτὰ καὶ ὑδατώδεα, καὶ κῶμα παρείπετο, ἀπόσιτος, ἄγρυπνος, ἄθυμος. ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις ῥήσεσιν

maxime de alia re illi nomen hoc proferant, nihil prohibet Hippocratem diverſe eo uti. Exempli gratia apud poëtam videri poteſt ſomnum nomen hoc ſignificare, quum cecinit,

At mala perpeſſum molle hinc me coma prehendit.

Et alibi:

Comate quandoquidem nos molli obvolvimus ipſum.

Sed non Hippocrates ita videtur uti, ſiquidem et cum vigilia ſaepenumero coma evenire pronunciat ac phreniticis aſſidere. In principio enim prorrhetici haec ſcribit, *Qui comatoſi in principiis fiunt, cum capitis, lumborum, hypochondrii et cervicis dolore, vigilantes, num phrenitici ſunt?* In tertio autem epidemiorum, ut ab aliquibus ex conceſſis ipſius legitimis libris ſumamus teſtimonia, hoc modo ait: *Undecima reſipiſcebat, comatoſa autem erat, urinae multae, tenues et nigrae, vigil.* Deineps haec ait: *Huic urinae perpetuo erant nigrae et tenues et aquoſae, et coma comitabatur; cibos faſtidiens, vigil, animum deſpondens.* In omnibus enim praedictis textibus vigiliae et

Ed. Chart. VII. [192.]
ἀγρυπνίας καὶ κώματος φαίνεται μνημονεύων. ἕτερον δ' ἄῤῥωστον αὖθις γράφων ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ φησί· τουτέῳ διὰ τέλεος, ἐξ οὗ καὶ ἐγὼ οἶδα, κοιλίη ταραχώδης, οὖρα λεπτὰ μέλανα, κωματώδης, ἄγρυπνος. ὥστ' ἄντικρυς εἶναι δῆλον, ὅτι μηδ' ὕπνον, μηδὲ καταφορὰν παρ' αὐτῷ δηλοῖ τὸ τοῦ κώματος ὄνομα. διὰ τοῦτο, οἶμαι, τινὲς τῶν ἐξηγητῶν ἀπὸ τοῦ κωμάζειν φασὶ τοὺς κωματώδεις ὠνομάσθαι· ἐγρηγορέναι μὲν γὰρ καὶ τοὺς κωμάζοντας, ἐγρηγορέναι δὲ καὶ τοὺς κωματώδεις. καὶ νὴ Δία ὥσπερ οἱ κωμάζοντες οὐ πάνυ τι κατανεύουσιν, οὕτως οὐδὲ τοὺς κωματίζοντας, καὶ μάλιστα τοῖν ὀφθαλμοῖν. ὑγρούς τε γὰρ εἶναι καὶ ἐρυθροὺς καὶ ἀστηρίκτους καὶ ἐνδεδυμένους· ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀμφοτέροις σῶμα σφαλερὸν ἐν ταῖς κινήσεσι καὶ ἀκρατές· αὐτὸν διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἱπποκράτην περὶ τῆς ὅλης συνδρομῆς ἀπορεῖν, εἴτε χρὴ φρενιτικοὺς αὐτοὺς ὀνομάζειν, εἴτ' ἄλλό τι. φρενιτικοὺς μὲν γὰρ εὐλαβεῖσθαι καλεῖν, μηδέπω παραπαίοντας· ἅπαντα δὲ ὁρῶντα συμπτώματα φρενιτικὰ, καὶ γὰρ κεφαλὴν, ὀσφὺν, ὑποχόνδριον, καὶ τράχηλον ἀλγοῦντα, μήτε σφάλμα

comatis mentionem facere videtur. Alium autem aegrotum rursus in eodem libro describens ait: *Huic perpetuo, ex quo et ego vidi, alvus turbata, urinae tenues nigrae, comatosus, vigil.* Ita ut plane sit manifestum, neque somnum, neque cataphoram apud ipsum significare comatis nomen. Quapropter, arbitror, quidam interpretes ἀπὸ τοῦ κωμάζειν ajunt comatosos nominatos esse, vigilare enim τοὺς κωμάζοντας, vigilare etiam et comatosos; et per Iovem, ut petulantes ebrii non admodum capite nutant, ita neque comatosos, et potissimum oculis; humidos enim illis esse et rubros, et inconstantes, et intus conditos; sed totum ambobus corpus titubans motibus esse et incontinens. Idcirco et Hippocratem de toto symptomatum concursu dubitare, an oporteat phreniticos ipsos nominare, an quid aliud; vereri enim phreniticos vocare, quum nondum desipiant; quum tamen omnia symptomata phrenitica videat, etenim caput, lumbos, hypochondria, et cervicem dolentia, nec errorem

Ed. Chart. VII. [192. 193.]
τι, μήτ' ἄγνοιαν μηδεμίαν ὑποστέλλεσθαι. ταῦθ' ὡς μὲν οὐκ ἔχει πιθανῶς, οὐδεὶς ἀντείποι· οὐδὲ μὴν ἱκανῶς ἐμοὶ γοῦν, οὐδὲ μετ' ἀποδείξεως εἰρῆσθαι δοκεῖ. ἐχρῆν γὰρ ἐξ Ἱπποκράτους αὐτοῦ τὴν ἐξήγησιν ποιεῖσθαι τῆς λέξεως, ἵνα μὴ μόνον ὅτι πιθανῶς εἴρηται λέγειν ἔχωμεν, ἀλλ' ὅτι καὶ κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην. οὐ γὰρ ἡγοῦμαι τοῦτο χρῆναι σκοπεῖσθαι μόνον τὸν ἀγαθὸν ἐξηγητὴν, εἰ πιθανῶς ἢ ἀληθῶς εἴρηκεν, ἀλλ' εἰ καὶ τῆς γνώμης ἔχεται τοῦ συγγραφέως, ὅπερ οὐκ ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ· καίτοι γε μέρος τι τῆς περὶ τοὔνομα γνώμης τοῦ παλαιοῦ δέδεικται διὰ τῶν ῥήσεων, ἐν αἷς ἀγρυπνίαν τὸ κῶμα γνοὺς ἐφαίνετο. καί τις ἴσως ἔχειν ἤδη τὸ πᾶν δόξειεν ἂν, ἀλλ' ἂν βραχὺ περιμείνας ἀκούσῃ ἐκ τοῦ αὐτοῦ βιβλίου τοῦ τρίτου τῶν ἐπιδημιῶν ῥήσεων ἑτέρων, οὐχ ὅπως τὸ πᾶν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς ἑαυτὸν εὑρήσει γιγνώσκοντα.

Κεφ. β'. [193] Σκόπει οὖν, ἐπί τινος ἀῤῥώστου γυναικὸς ἃ λέγει. ἑτέρην ἐξ ἀποφθορῆς περὶ πεντάμηνον, οἰκέτεω γυναῖκα, πῦρ ἔλαβεν, ἀρχομένη δὲ κωματώδης, καὶ πάλιν

ullum nec ignorantiam reformidare. Haec certe quod probabilitatem habeant, nemo negabit, non tamen sufficienter, nec cum demonstratione mihi sane dicta esse videntur; oportebat enim ex Hippocrate ipso explicationem facere dictionis, quo asserere possemus, non solum probabiliter dicta ea esse, sed et ad illius mentem. Neque enim existimo hoc solum considerare oportere bonum explanatorem, si probabiliter vel vere dixerit, sed et si menti scriptoris consentiat, id quod in superiore sermone non *est factum;* quanquam certe in aliqua parte mens senis circa hoc nomen ostensa est per textus, in quibus coma esse vigiliam novisse visus est. Ac quispiam fortassis habere jam totum opinabitur; sed si parumper expectando textus alios ex eodem tertio epidemiorum libro audiverit, ne dicam totum, sed ne dimidium totius se ipsum cognoscere comperiet.

Cap. II. Considera ergo, quae dicat in quadam aegrotante muliere. *Alteram ex abortu circa quintum mensem Oecetae uxorem ignis corripuit, incipiens comatosa,*

Ed. Chart. VII. [193.]

ἄγρυπνος. φαίνεται γὰρ διαστέλλων κατ' ἀντίθεσιν τὸ κῶμα τῆς ἀγρυπνίας, ὡς ἐναντία. αὖθις δ' ἐν τῇ λοιμώδει καταστάσει, κωματώδεές, φησιν, ἐπὶ πολὺ, καὶ πάλιν ἄγρυπνοι. καὶ μετ' ὀλίγα· κωματώδεες δὲ μάλιστα οἱ φρενιτικοὶ καὶ οἱ καυσώδεες ἦσαν. ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι νουσήμασι, τοῖσι μεγίστοισιν, ὅτι μετὰ πυρετοῦ γίνοιτο. διὰ παντὸς δὲ τοῖσι πλείστοισιν ἢ βαρὺ κῶμα παρείπετο, ἢ λεπτοὺς καὶ μικροὺς ὕπνους κοιμᾶσθαι. καὶ πάλιν· ἐν Θάσῳ τὸν Πάριον, ὃς κατέκειτο ὑπὲρ Ἀρτεμισίου, πυρετὸς ἔλαβεν ὀξὺς, κατ' ἀρχὰς συνεχὴς, καυσώδης, διψώδης, ἀρχόμενος κωματώδης, καὶ πάλιν ἄγρυπνος. ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις ἀντιτίθησι τὴν ἀγρυπνίαν τῷ κώματι. συνήθως γοῦν οὕτως ἑρμηνεύων, μυριάκις εὑρήσεις αὐτὸν, ὅταν ἐναντίων πραγμάτων μνημονεύῃ, τὸν τρόπον τοῦτον γράφοντα, μᾶλλον δὲ οὐδέποτ' ἄλλως, οἷον ἐκ πολλῶν ὀλίγα παραγράψω ἐκ τοῦ αὐτοῦ βιβλίου. κάλλιον γὰρ ἐξ ἑνὸς εἶναι δοκεῖ πάντα τὰ παραδείγματα λαβεῖν. δύο γυναῖκας ἀναγράφων πρὸ τῆς λοιμώδους καταστάσεως, ἐπὶ μὲν τῆς προτέρης φησὶν, ἑτέρην ἐξ

et rurſus vigil. Apparet enim per oppoſitionem coma a vigilia diſtinguere tanquam contraria. Rurſus autem in peſtilenti conſtitutione, *Comatoſi*, inquit, *magna ex parte, et rurſus vigiles.* Et poſt pauca: *Comatoſi erant potiſſimum phrenitici, et qui febre ardente laborabant, tum etiam aliis in morbis omnibus maximis, quod ſebrem adjunctam haberent. Perpetuo autem plurimos vel grave coma comitabatur, vel ut tenues ac parvos ſomnos dormirent.* Et rurſus: *In Thaſo Parium, qui ſupra Dianae aedem habitabat, febris corripuit acuta, inter initia continua, ardens, ſiticuloſa, incipiens comatoſa et rurſus vigil.* In his enim omnibus vigiliam comati opponit. Ex conſuetudine igitur ita interpretans, millies ipſum comperies, quando contrariarum rerum mentionem facit, hunc in modum ſcribere; imo vero nunquam aliter. Verbi gratia e multis pauca adſcribam ex eodem libro. Satius enim eſſe videtur omnia ex uno exempla ſumere. Duas mulieres deſcribens ante peſtilentem conſtitutionem, in priori quidem

Ed. Chart. VII. [193.]

ἀποφθορῆς περὶ πεντάμηνον, οἰκέτεω γυναῖκα, πῦρ ἔλαβεν, ἀρχομένη δὲ κωματώδης, καὶ πάλιν ἄγρυπνος. ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας φησί· γυναῖκα, ἥτις κατέκειτο ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ, τότε τεκοῦσαν πρῶτον ἐπιπόνως ἄρσεν, πῦρ ἔλαβεν· καὶ πάλιν εἰς νύκτα ἐπεῤῥίγωσεν, ἄκρεα οὐκ ἀνεθερμαίνοντο, οὐκ ὕπνωσε, σμικρὰ παρέκρουσε, καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει· ή περὶ μέσον ἡμέρης ἀνεθερμάνθη, διψώδης, κωματώδης, ἀσώδης. ἑξῆς δ' ἐν τῷ λοιμῷ πολλοὺς ἀῤῥώστους γράφει, πρῶτόν θ' ἁπάντων, οὗ μικρὸν πρόσθεν ἐμνημόνευσα, ποικίλως τε καὶ ἀνωμάλως νοσήσαντα, καὶ πολλὰς πολλάκις (ἀπιότ. καὶ ἀχειρόπ,) εἰς τἀναντία μεταβολὰς ποιησάμενον. ἄρχεται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· ἐν Θάσῳ τὸν Πάριον, ὃς κατέκειτο ὑπὲρ Ἀρτεμισίου, πυρετὸς ἔλαβεν ὀξύς. ἀλλ' οὐδὲν εἰς τὸν παρόντα λόγον χρεία πρώτων ἡμερῶν, ὧν δὲ χρῄζω, τούτων μνημονεύσω. ἑνδεκάτῃ ἵδρωσεν οὐ δι' ὅλου, περιέψυξε μὲν, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. σαφῶς γὰρ ἂν τῷ περιέψυξε τὸ ἀνεθερμάνθη ἐναντίον. ἔπειτα δωδεκάτῃ

ait: *Alteram ex abortu circa quintum menſem Oecetae uxorem ignis corripuit, incipiens comatoſa, et rurſus vigil.* In poſteriori vero ait: *Mulierem, quae decumbebat in mendacium foro, primum enixam cum dolore maſculum, corripuit ignis; rurſusque noctu ſubortus eſt rigor, extrema non recaleſcebant, non dormivit, aliquantulum deliravit, ſtatimque ad mentem rediit.* Octavo circa meridiem rediit calor, ſitibunda, comatoſa, nauſeabunda. Deinceps autem in peſtilentia multos aegrotos ſcribit, primumque omnium, cujus paulo ante memini, qui varie et inaequaliter aegrotavit, et multas multoties ad contraria mutationes fecit; incipit autem hunc in modum. *In Thaſo Parium, qui ſupra Dianae aedem habitabat, febris corripuit acuta.* Sed nulla ad praeſentem ſermonem utilitas eſt primorum dierum: quorum autem indiguero, eorum mentionem faciam: *Undecima ſudavit non per totum, perſrigeratus eſt quidem, cito tamen recaluit;* aperte enim verbo perfrixit verbum recaluit contrarium eſt. Deinde: *duodeci-*

Ed. Chart. VII. [193. 194.]

πυρετὸς ὀξὺς, διαχωρήματα χολώδεα, λεπτὰ, πολλὰ, οὔροισιν ἐναιώρημα, παρέκρουσεν. ἑπτακαιδεκάτῃ ἐπιπόνως. οὔτε γὰρ ὕπνοι, ὅ τε πυρετὸς ἐπέτεινεν. εἰκοστῇ ἵδρωσεν δι' ὅλου, ἄπυρος, διαχωρήματα χολώδεα, ἀπόσιτος, κωματώδης. εἰκοστῇ τετάρτῃ ὑπέστρεψεν. τριακοστῇ τετάρτῃ ἄπυρος, κοιλίη οὐ ξυνίστατο, καὶ πάλιν ἀνεθερμάνθη. τεσσαρακοστῇ ἄπυρος, κοιλίη ξυνέστη χρόνον οὐ πολὺν, ἀπόσιτος, σμικρὰ πάλιν ἐπύρεξε. πάλιν· εἰ γάρτοι διαλείποι καὶ διακουφίσειεν, πάλιν ταχὺ ὑπέστρεφεν. ἐναντίον γὰρ τῷ διακουφίσαι τὸ ὑποστρέψαι. καὶ τὰ κατὰ κοιλίην, φησὶ, συνιστάμενα, καὶ πάλιν διαλυόμενα. τὸ γὰρ συνίστασθαι τῷ διαλύεσθαι ἐναντίον. ἑξῆς δ' ἑτέραν ἄῤῥωστον ἐκτιθέμενος, ὀγδόῃ, φησὶ, πολλὰ [194] παρέκρουσε καὶ τὰς ἐχομένας, καὶ ταχὺ πάλιν κατενόει. καὶ πάλιν ἑξῆς· εἰκοστῇ μικρὰ περιέψυξε, καὶ ταχὺ πάλιν ἀνεθερμάνθη. καὶ αὖθις· ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ ἄπυρος, κοιλία ξυνέστη. οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ χρόνον πολὺν, πυρετοὶ

ma febris acuta, dejectiones biliosae, tenues, multae, urinis enaeorema, deliravit; decima septima laboriose se habuit; neque enim somni aderant, et febris intendebatur; vigesima sudavit per totum, pervigil, a febre liber, dejectiones biliosae, cibum aversabatur, comatosus; vigesimoquarto revertit; trigesimoquarto a febre liber, alvus non constitit, et rursus recaluit. Quadragesimo a febre liber, alvus constitit tempore non multo, cibum aversans, aliquantum rursus febricitavit. Rursus: *Si enim intermitteret ac levaret, rursus cito revertebatur;* contrarium enim *verbo* levare est *verbum* reverti. *Et alvi* (inquit) *excrementa consistebant, et rursus dissolvebantur*; *verbum* enim consistere *verbo* dissolvi contrarium *est.* Deinceps autem aliam aegrotam exponens, *Octavo,* inquit, *multa desipuit, et sequentibus diebus, cito rursus resipuit.* Ac rursus: *Vigesimo aliquantum perfrixit, et cito rursus recaluit.* Et mox: *Septimo et vigesimo a febre libera, alvus constitit; non post vero multum tempus coxae dextrae dolor validus multo tempore, febres autem rursus co-*

Ed. Chart. VII. [194.]

δὲ πάλιν παρείποντο. εἶτ' ἐφεξῆς· καὶ τὰς ἑπομένας ἄφωνος, καὶ πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο. ἀλλὰ τί δεῖ μακρολογεῖν ἁπάντων μνημονεύοντα μυρίων μυριάκις ὄντων; οὕτω πολλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ τοιούτου εἴδους τῆς ἑρμηνείας. ὡς ὅταν λέγῃ, κωματώδης καὶ πάλιν ἄγρυπνος, ἐναργῶς ἀντιτίθησι τῇ ἀγρυπνίᾳ τὸ κῶμα. καὶ μὴν ἀγρυπνίᾳ καταφορὰν εἰς ὕπνον ἔχεις ἀντιτιθέναι, καὶ οὐδὲν ἄλλο τοίνυν θάτερον ἀναφαίνεται πάλιν ἐκ τοῦ κώματος σημαινόμενον. τί δ' ὅταν λέγῃ, κατεῖχε δ' ἢ τὸ κῶμα συνεχὲς οὐχ ὑπνῶδες, ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι. καὶ γὰρ ἂν καὶ τὸ τοιοῦτο εἶδος τῆς ἑρμηνείας ἴδιον Ἱπποκράτει, ἐπισημαίνεσθαι τὰ συνέπεσθαι μὲν εἰωθότα, νῦν δ' οὐχ ἑπόμενα παρὰ λόγον. οἷον ὅταν εἴπῃ, οἱ μὲν οὖν καῦσοι ἐλαχίστοισί τε ἐγένοντο, καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν. οὔτε γὰρ αἱμοῤῥαγίη, εἰ μὴ πάνυ τι σμικρὰ καὶ ὀλίγοισιν, οὔτε παράληροι. καὶ μετὰ ὀλίγα· οὐδ' ἀποθανόντα οὐδένα οἶδα τότε καύσῳ, οὐδὲ φρενιτικὰ τότε γενόμενα. δι' ἃ λάβρον ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγεῖν, ἅπτεσθαι τῆς διανοίας, ὀξεῖς σχεῖν κινδύνους, μηδὲν ἀπαν-

mitabantur. Deinde rurſus: *Et ſequentibus diebus muta, ac rurſus reſipiſcebat, et loquebatur.* Sed quid opus eſt ſermonem protrahere memorando omnia, quae infinita fere ſunt? adeo frequens apud ipſum eſt talis ſpecies interpretationis. Quare quum dicit, *Comatoſus, et rurſus vigil,* aperte coma vigiliae opponit. Atqui vigiliae prolapſum in ſomnum potes opponere, ac proinde rurſus coma nihil aliud diverſum videtur ſignificare. Quid autem, quum dicit *Detinebat autem vel coma continuum non ſomniculoſum, vel cum doloribus vigiles?* Etenim talis ſpecies interpretationis propria eſt Hippocrati, ut notet ea, quae conſequi ſolent, nunc autem praeter rationem non ſequuntur. Ut quando dicit: *Febres ardentes igitur pauciſſimis accidebant, et minimum ex aegrotis hi laborarunt, neque enim ſanguis erupit, niſi admodum parum et paucis, nec delirarunt.* Et poſt pauca: *Neque mortuum ullum vidi tunc ardenti febre, neque phreniticum evadere.* Per quae *verba* annotat, largam ſanguinis e naribus eruptionem, mentis laeſio-

Ed. Chart. VII. [194.]

τῆσαν τηνικαῦτα, ὁμοίως ἐπισημαίνεται. καὶ τὸ ἐπιφερόμενον δ᾽, οὐδὲ φρενιτικὰ οἶδα τότε γενόμενα, κατὰ τὸν αὐτὸν εἴρηται λόγον. ἐπὶ γὰρ ταῖς αὐταῖς καταστάσεσι καὶ τοῖς αὐτοῖς αἰτίοις οἵ τε καῦσοι καὶ φρενίτιδες, ἀμέλει κατὰ τὴν ὥραν πλεονάζουσι τὴν θερινὴν, καὶ ἐν χωρίοις θερμοτέροις, καὶ ἐν ἡλικίᾳ τῇ τῶν ἀκμαζόντων, καὶ ἐν φύσεσι θερμοτέραις, καὶ διαιτήμασιν ὡσαύτως, καὶ ἐπιτηδεύμασιν. καὶ τὰ φρενιτικὰ πλεονάζειν ἀξιοῦν ἦν, ὡς παράλογον ἐπισημήνασθαι τὸ ἀπαντῆσαν, φρενίτιδες μὲν οὐδ᾽ ὅλως ἐγένοντο, καῦσοι δὲ πολλοί. κατὰ τὴν αὐτὴν γνώμην εἴρηται καὶ ταῦτ᾽· ἦν δ᾽ ἡ κατάστασις τῶν γενομένων καύσων. ἀρχόμενοι κωματώδεες, ἀσώδεες, φρικώδεες, πυρετὸς οὐκ ὀξὺς, οὐδὲ διψώδεες λίην, οὐδὲ παράληροι. καὶ μετ᾽ ὀλίγον· οὔτε γὰρ ἡμοῤῥάγει καλῶς, οὔτέ τις ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις ἐγένετο κρίσιμος. ἐκεῖνα δὲ πῶς εἴρηται; ἐπάρματα δὲ παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτερόῤῥοπα ἦν, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τοῖσι πλείστοισιν, ἀπύροισιν ὀρθοστάδην, ἔστι δ᾽ οἷς καὶ

nem, et acuta pericula ſolita eſſe comitari cauſos, licet tunc non evenerint. Et quod additur: *Neque phrenitica tunc vidi eveniſſe,* eadem ratione dictum eſt; ex eisdem enim conſtitutionibus et eisdem cauſis fiunt tum febres ardentes tum phrenitides. Scilicet tempore frequentes ſunt aeſtivo, et in regionibus calidioribus, et in aetate vigenti, et in naturis calidioribus, et ſimili victu ac vitae inſtituto; et phrenitica debuiſſe eſſe frequentia putare erat rem tanquam inopinatam notare; phrenitides quidem nullae acciderunt, cauſi autem multi. Secundum eandem ſententiam dicta ſunt et haec. Erat autem conſtitutio cauſorum qui fiebant, haec: *incipientes comatoſi, anxii, horreſcentes, febris non acuta, non ſitibundi valde, neque deliri.* Et paulo poſt: *Neque enim ſanguis erupit rite, neque quiſpiam alius ex conſuetis abſceſſus factus eſt judicatorius.* Illa autem quomodo dicta ſunt? *Tubercula ad aures multis erant ad alteram vergentia, et ad utrasque plurimis, febre carentibus, recte ſtantibus; quibusdam etiam aliquantulum incaluerunt,*

Ed. Chart. VII. [194. 195.]
σμικρὰ ἐπεθερμαίνοντο, κατέσβη πᾶσιν ἀσινέως, οὐδ' ἐξεπύησεν οὐδενὶ, ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφάσεων. ὄντως γὰρ παράλογον, μηδὲν ἐκπυῆσαι, καὶ οὐκ εἰθισμένα πάντως. εἶτ' ἐπιφέρει, ἦν δ' ὁ τρόπος αὐτέων, χαῦνα, μεγάλα, κεχυμένα, οὐ μετὰ φλεγμονῆς· παράλογον γὰρ χωρὶς φλεγμονῆς ἅπασι γενέσθαι τὰς περὶ τὰ ὦτα ἀποστάσεις. ὥστε φέρειν πάλιν κἀνταῦθα τὸ κῶμα φαίνεται ἐπὶ καταφορᾶς τῆς ὑπνώδους, ὅταν λέγῃ· ἦν δὲ τὸ κῶμα συνεχὲς, οὐχ ὑπνῶδες· ὡς γὰρ ὑπνῶδες εἶναι δέον αὐτὸ, καὶ ὡς τοιοῦτο ἀεὶ γιγνόμενον, εἶτα νῦν παραλόγως οὐ γιγνόμενον, ἐπισημαίνεται. τὸ δ', ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐπὶ τοῦ Πυθίωνος εἴπῃ, ἐννάτῃ κωματώδης, ἀσώδης, ὅτε διεγείροιτο· σαφῶς γὰρ κἀνταῦθα τὸ κῶμα καταφοράν τινα δηλοῦν ἔοικεν. ἀλλ' οὐχ οἷόν τέ φασιν ἅμα καταφέρεσθαι καὶ ἀγρυπνεῖν. ταῦτα γὰρ οἱ θαυμαστοὶ λέγουσιν ἐξηγηταὶ, μὴ γιγνώσκοντες, ὅτι [195] δύο εἰσὶν εἴδη καταφορᾶς, ὥς οἵ τε δοκιμώτατοι τῶν ἰατρῶν γεγράφασι καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα μαρτυρεῖ.

extinctaque sunt omnibus innoxie; neque alicui suppurarunt, sicuti quae ex aliis occasionibus fiunt. Revera enim inopinatum est, nullam suppurare, et omnino insuetum. Postea infert: *Erat autem modus ipsarum, laxa, magna, fusa, non cum phlegmone;* inopinatum enim est, abscessus circa aures absque phlegmone omnibus factos esse. Quare rursus et hoc in loco videtur proferre coma de cataphora somnolenta, quum ait, *Erat autem coma continuum non somnolentum;* tanquam enim somnolentum ipsum sit, et tanquam tale semper fiat, postea nunc inopinato factum non fuerit, annotatur. Quando autem in eodem libro tertio epidemiorum in Pythione inquit, *Nono die comatosus, anxius, quando expergiscebatur;* aperte sane et hoc in loco coma cataphoram quandam significare videtur. Sed impossibile est, inquiunt, cataphora detineri simul et vigilare; haec enim admirabiles isti interpretes dicunt, non cognoscentes, quod duae sint species cataphorae, ut et probatissimi medicorum scripserunt et eventa rerum testantur. Commune

Ed. Chart. VII. [195.]

κοινὸν μὲν γὰρ ἀμφοτέρων ἐστὶν, ὅτι ἐπαίρειν οὐ δύνανται τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀλλ' εὐθέως βαρύνονται καὶ ὑπνοῦν βούλονται· ἴδιον δὲ θατέρας, ὅτι οἱ μὲν ὑπνοῦσιν εὐθέως, βαθέως τε καὶ χρόνον πολύν· οἱ δὲ ἄγρυπνοι στρεφόμενοί εἰσιν, ἄλλης ἐπ' ἄλλῃ φαντασίας ἐπιγινομένης, καὶ τὴν γνώμην κινούσης, καὶ τὸν ὕπνον διακοπτούσης, ὅθεν ἀεὶ μὲν ἄγρυπνοι μένουσιν, ἀνίστασθαι δὲ ἀδυνατοῦσι καὶ πράττειν τὰ τῶν ἐγρηγορότων, ἀλλ' ἐλλιπέστερον ἔχουσιν, ἢ ὡσανεὶ ἐγρηγόρουν, καὶ βαρύνονται καὶ καταφέρονται, ὥστ' ἐλπίσεις, ἂν συγχωροίης αὐτοῖς, ῥᾳδίως ἂν κατακοιμηθῆναι, συγχωρηθέντος δ' αὐτοῖς τούτου, οὐχ ὅπως ὑπνοῦσιν, ἀλλ' οὐδ' ἣν εἶχον ἐλπίδα, ὡς ὑπνώσοντες, φυλάττουσιν. ἐνταῦθ' οὖν νόει μοι κῶμα, ὡς κοινὸν ἀμφοτέρων, ὅπερ δὴ καλεῖν ἔθος ἡμῖν καταφοράν· ἂν δὲ τὴν ὑπνώδη μόνην νοήσῃς, ἁμαρτήσεις, τὴν γὰρ οὐχ ὑπνώδη καταφορὰν στερήσεις ὀνόματος, οὐχ ἧττον τῆς ἑτέρας δεομένην τῆς τοῦ κώματος ἐπωνυμίας. ἄν τε μὲν οὖν ὑπνώδης ἄν τε ἄγρυπνος εἴη καταφορὰ, κῶμα καλεῖν ἔθος ἐστὶν αὐτῷ· καὶ οὐδαμῶς γε ἀλλήλοις μάχεται τὰ

enim ambarum est, quod tollere non possint oculos, sed mox graventur et dormire velint. Proprium vero alterius, quod ii quidem dormiant mox, et profunde, et diu; ii vero vigiles versent se, alia super aliam phantasia adveniente, et mentem movente, et somnum intercidente; unde semper quidem vigiles manent, surgere vero non possunt, et agere ea, quae vigilantium, sed deficiunt magis, quam si vigilarent, et gravantur, et cataphora detinentur, ut speres, si concesseris eis, facile utique dormituros; concesso autem iis hoc, nedum dormiant, sed ne spem quidem, quam habebant, ut dormituri, servent. Hic igitur intellige coma velut commune amborum, quod vocare consuetudo est nobis cataphoram; si vero somnolentam solum intellexeris, peccabis; non somnolentam enim cataphoram privabis nuncupatione, non minus quam alteram indigentem comatis nomine. Sive igitur somnolenta, sive vigil fuerit cataphora, coma vocare consuetudo est ei. Et nequaquam sibi in-

Ed. Chart. VII. [195.]
κατὰ μέρος, ἀλλ' εὐλόγως ὁτὲ μὲν ἐν ταῖς σμικραῖς ἀγρυπνίαις εὑρίσκεται τὸ κῶμα, ὁτὲ δ' ἐν τῷ ὕπνῳ. καὶ γὰρ ἡ καταφορὰ ὁτὲ μὲν ὑπνώδης ἐστὶν, ὁτὲ δὲ ἄγρυπνος, ὥστε οὐκ ἔχεις εἰπεῖν περὶ τῶν καταφερομένων, ὅτι ἀγρυπνοῦσιν ἢ μή· τοσοῦτόν γε μὴν διαφέρουσιν, ὅσον οἱ μὲν πλείους αὐτῶν ὑπνοῦσιν, ὀλίγοι δὲ τῶν οὕτως ἐχόντων ἄγρυπνοι μένουσιν, ὅθεν καίτοι ἀμφοτέρων τυγχάνον τὸ πάθος, οἰκειότερον μέντοι πολλῷ τῶν ὑπνούντων εὑρίσκεται. διὰ τοῦτο μὲν οὖν φησιν, ἦν δὲ τὸ κῶμα συνεχὲς, οὐχ ὑπνῶδες, ὡς ἂν ἐπὶ τὸ πολὺ ὑπνώδους γιγνομένου. ἂν τοίνυν κοινόν ἐστιν ἀμφοτέρων τὸ κῶμα καὶ τοῦ ὕπνου οἰκειότερον, εὐλόγως, ὅταν βούληται τὴν ὑπνώδη σημαίνειν καταφορὰν, ἁπλῶς φάσκει κωματώδεις· ὅταν δὲ πάλιν τὴν ἄγρυπνον, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης φησὶ κωματώδεις ἀγρύπνους. οἶδε γὰρ ἀμφότερα, ὅτι τε οἰκειότερόν ἐστι τῷ ὕπνῳ τὸ κῶμα καὶ τῇ αὐτοῦ φύσει μᾶλλον ὡμοίωται, καὶ ὅτι μετ' ἀγρυπνίας ἔστιν ὅτε συνίσταται. κἂν μὲν τοῦθ' οὕτως ἔχῃ, θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ μὴ μόνον τοῖς ληθαργικοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρενιτικοῖς

vicem repugnant ea, quae secundum partem; sed rationabiliter quandoque quidem in vigiliis parvis invenitur coma, quandoque autem in somno. Etenim cataphora quandoque quidem somnolenta est, quandoque autem vigil. Quare non habes dicere de cataphoram patientibus, quod vigilent, vel non; tantum tamen differunt, quod plures dormiant, pauci vero eorum, qui ita habent, insomnes permaneant; unde licet amborum sit affectus, tamen familiarior multo dormientibus invenitur. Propter hoc igitur dicit, *Erat autem coma continuum, non somnolentum,* ceu ut plurimum somnolentum sit. Si igitur commune est amborum coma, et somno magis familiare; rationabiliter, quando vult somnolentam significare cataphoram, simpliciter dicit comatosos; quando vero rursus vigilem, non simpliciter, sed copulate ait comatosos vigiles. Novit enim utrumque, et quod familiare sit somno coma, et ejus naturae magis assimiletur; et quod cum vigilia quandoque consistat. Et si hoc quidem ita habeat, mirum nihil est, si non lethargicis solum, sed etiam

συμπίπτῃ. τὸ δ' οὐχ ὑπνῶδες κῶμα τούτοις μὲν οὐκ ἔστιν ἴδιον, γίνεται δ' ἐνίοτε. εὑρήσεις γὰρ πολλοὺς φρενιτικοὺς οὔτε ἀνισταμένους οὔτε ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὅλως δυναμένους, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένοντας ὁμοίους τοῖς ληθαργικοῖς, ὥστε τούτους οἱ πολλοὶ καὶ ἀπαίδευτοι τῶν ἰατρῶν, οὔτε τί δεῖ καλεῖν οἴδασιν, ἀλλὰ παντάπασιν ἀποροῦσι, καὶ ἀλλότριον δοκεῖ αὐτοῖς εἶναι τοῦτο τὸ πάθος καὶ ἀνώνυμον, ἔνιοι δὲ σύμμικτον ἐκ ληθάργου τε καὶ φρενίτιδος ὑπολαμβάνουσι, καὶ προσαγορεύουσι τυφομανίαν. καὶ τὸ κάκιστον πάντων, τινὲς τῶν Ἱπποκρατείων εἶναι προσποιουμένων τοῦτό φασι, καίτοι δήπου σαφῶς οὕτω καὶ φανερῶς γράφοντος Ἱπποκράτους, οὐκ ἐν ἀμφιδόξῳ βιβλίῳ, ἀλλ' εἴπέρ τις ἄλλος τῶν γνησίων εἶναι πεπιστευμένῳ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, οὔτ' ἐξεμάνη τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς, ὥσπερ ἐπ' ἄλλοισιν, ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ νωθρῇ βαρέως ἀπώλλυντο. οὐ μόνον γὰρ ὅτι καταφορὰ ταῖς φρενίτισιν ἐνίοτε συμπίπτει διήγγειλεν, ἀλλ' ὅτι καὶ νωθρὰ πολλάκις. τίς δ' ἡ νωθρά; [196] μεμνήσῃ πρῶτον μὲν τῆς διαιρέσεως, ἂν μὴ μέλλῃς τὰ παρόντα

phreniticis accidat. Non ſomnolentum vero coma his quidem non eſt proprium, aliquando autem fit; invenies enim multos phreniticos, qui neque ſurgere, neque elevare palpebras omnino poſſint, ſed in eodem loco maneant ſimiles lethargicis; unde hos vulgares et indocti medici, neque quid oporteat vocare ſciunt, ſed omnino ambigunt, et extraneus videtur eis eſſe affectus hic, et non nominatus; quidam autem permixtum ex lethargo, et phrenitide aeſtimant, et vocant eum Typhomaniam. Et quod eſt deterius omnibus, quidam Hippocraticos ſe eſſe ſimilantium dicunt hoc; etiam nimirum aperte ita et manifeſte Hippocrate ſcribente non in dubitato libro, ſed ſiquis alius, germanorum eſſe credito, tertio epidemiorum: *Neque maniacus factus eſt phreniticorum aliquis, ſicut in aliis, ſed in quadam cataphora pigra caput gravati, interierunt.* Non ſolum enim quoniam cataphora phrenitidibus aliquando accidat, nunciavit; ſed quod et pigra multoties. Quae autem eſt pigra? memor eris primo diviſionis, ſi debes praeſentia non obaudire,

Ed. Chart. VII. [196.]

παρακούειν, ὅταν καταφορὰν τὴν μὲν ὑπνώδη, τὴν δὲ ἄγρυπνον ἐκάλουν, καὶ τὴν μὲν ὑπνώδη ἰδίαν εἶναι τῶν ληθαργικῶν καὶ διαπαντὸς ὑπάρχειν αὐτοῖς, τὴν δὲ οὔτε ἰδίαν εἶναι τῶν φρενιτικῶν οὔτε ὑπάρχειν αὐτοῖς διαπαντός.

Κεφ. γ'. Ἡ μὲν οὖν ὑπνώδης, ὅσον ἐπὶ τῷ παρόντι, τοῖς ληθαργικοῖς συμπίπτει· τὴν δ' ἄγρυπνον, ἥτις τοῖς φρενιτικοῖς ἐπιγίγνεται, πειράσομαι διορίζειν, ἵνα δυνηθῇς εὑρίσκειν τὴν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένην διαφοράν. οὐ γὰρ ἦν τῶν ματαίως τὰ ὀνόματα ἐπιτιθέντων οὗτος ὁ ἀνὴρ, οὔτ' ἀνοήτως πρόσκειται τῇ καταφορᾷ τὸ νωθρὰ, οὔτέ φησιν, ὥσπερ Ὅμηρος, ὑγρὸν ἔλαιον καὶ γάλα λευκὸν, μηδενὸς ἕνεκα διορισμοῦ· καὶ γὰρ πᾶν γάλα λευκὸν καὶ ἔλαιον ὑγρόν· ἀλλ' ἑκάστη λέξις καὶ συλλαβὴ πᾶσα πρᾶγμά τι σημαίνει παρ' αὐτοῦ. περὶ φρενίτιδος ἄρα λόγον ποιούμενος, ὅπερ πρὸς τὰ παρόντα χρήσιμόν ἐστι διδάσκειν τοὺς τὸ σύνηθες αὐτῷ μανθάνειν βουλομένους, ποτὲ μὲν οὕτω γράφει, παρελήρει· ποτὲ δ' οὕτω, παρηνέχθη· ποτὲ δὲ πάλιν, παρέκοψε·

quando cataphoram aliam quidem ſomnolentam, aliam vero inſomnem vocabam, et ſomnolentam quidem propriam eſſe lethargicorum, et ſemper ineſſe eis; alteram vero neque propriam eſſe phreniticorum, neque adeſſe eis ſemper.

Cap. III. Somnolenta igitur, quantum ad praeſens, ipſis lethargicis accidit; inſomnem vero, quae phreniticis advenit, tentabo diſtinguere, ut poſſis invenire dictam ab Hippocrate differentiam. Non enim erat eorum, qui fruſtra imponunt nomina, vir iſte; neque ſtulte adjacet cataphorae hoc, ſcilicet pigra; neque dicit, ſicut Homerus, humidum oleum et lac album, nullius determinationis gratia: etenim omne lac eſt album et oleum humidum: ſed unumquodque vocabulum et ſyllaba omnis rem aliquam ſignificat ab eo. De phrenitide igitur loquens, quod eſt ad praeſentia utile docere eos, qui conſuetudinem ejus diſcere volunt, interdum quidem ita ſcribit, deliravit; interdum autem ita, mente captus eſt; interdum autem rurſus, interciſe loquutus eſt; rurſus autem, deſipivit; et rurſus, egreſſus eſt a ſe; et

Ed. Chart. VII. [196.]

πάλιν δὲ, παρεφρόνησε· καὶ πάλιν, ἐξέστη· καὶ αὖθις, ἐμάνη, καὶ ἐξεμάνη, καὶ οὐ κατενόει, καὶ παρέλεγε. ταῦτα πάντα τῶν βεβλαμμένων τὴν διάνοιάν ἐστιν, οὓς ἅπαντας σὺ μὲν παραφρονοῦντας ὀνομάζεις, Ἱπποκράτει δ' οὐκ ἀρκεῖ τὸ γένος μόνον εἰπεῖν, ἀλλ' ἑκάστῳ μεγέθει τοῦ τῆς παραφροσύνης εἴδους ἴδιον ἐφεύρηκεν ὄνομα. ἄνθρωπος γάρ, φησι, θερμαινόμενος ἐδείπνησεν, οὐκ ἐτόλμησεν εἰπεῖν πυρετὸν τοσαύτην θερμασίαν, καθ' ἣν δύναταί τις δειπνῆσαι. πάλιν δὲ τὸ τοῦ πυρετοῦ μέγεθός ἐνδεικνύναι βουλόμενός φησι, πῦρ ἔλαβεν αὐτόν. ἠσχολησάμην μὲν ἐπιδεικνύων τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιμέλειαν περὶ τὰς λέξεις, ἀλλ' ὡς ἤδη εἰδόσι καὶ πεπεισμένοις ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀφίξομαι. διττὸν μὲν εἶδος τῆς ἀγρύπνου καταφορᾶς. ὀνομάζεται δὲ ἡ μὲν νωθρὰ, ἧς μέμνηται νῦν Ἱπποκράτης· ἡ δὲ τῷ τοῦ γένους ὀνόματι κέχρηται. κοινὸν δ' ἀμφοτέρων ἐστὶ τῶν καὶ μάλιστα τῆς ὑπνώδους διαφερουσῶν, ὅτι φράζουσί τε καὶ παραληροῦσι μεδεμιᾶς ἐχόμενα γνώμης, κἀπὶ τὰς ἀναστάσεις πρόθυμοί εἰσι μάλα, ὧν οὐδὲν ἐπὶ ταῖς ληθαργικαῖς ὑπάρχει καταφοραῖς. οὔτε γὰρ χωρὶς

iterum mania correptus eſt, et mania ſaeviit, et non intelligebat, et abſurda loquebatur. Haec omnia laeſam habentium mentem ſunt; quos univerſos tu quidem deſipientes vocas, Hippocrati vero non ſufficit dicere genus ſolum, ſed unicuique magnitudini ſpeciei inſipientiae proprium adinvenit nomen. *Homo* enim, ait, *incaleſcens coenavit;* non fuit auſus nominare febrem tantillum calorem, in quo quis coenare poteſt. Rurſus autem magnitudinem volens oſtendere febris, dicit, *Ignis corripuit eum.* Occupatus fui in oſtendendo diligentiam viri in vocabulis, ſed ut jam ſcientibus et perſuaſis ad id quod quaeritur accedam. Duae ſunt ſpecies inſomnis cataphorae; nominatur altera quidem pigra, cujus nunc Hippocrates meminit, altera vero nomine generis utitur. Commune autem ambarum eſt, quae et maxime differunt a ſomnolenta, quod loquantur et delirent nulli haerentia menti, et ad aſſurectiones promptiſſimi ſint, quorum nullum in lethargicis exiſtit cataphoris; neque enim ſeorſum

Ed. Chart. VII. [196. 197.]

φράζουσί τι καὶ πανούργως, δυσαίσθητοι δ' εἰσὶν, οὔτε πρὸς τῶν ἐπιβοώντων καὶ νυττόντων ἐγείρονται ῥᾳδίως. κῶμα δὲ τὸ μὲν φρενιτικὸν καὶ ἄγρυπνον ἔξω ταύτης ἐστὶ τῆς δυσαισθησίας καὶ δυσκινησίας· καὶ γὰρ ἀνίστανται ῥᾳδίως ἀκούσαντες τῆς φωνῆς καὶ ἤχου παντὸς, κἂν μέρους τινὸς ἅψῃ τοῦ σώματος, εὐθὺς ἐξαίρουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πρὸς τὸν ἁπτόμενον ἀποβλέπουσι. κατ' αὐτὴν δὲ τὴν καταφόρησιν ἢ χεῖρα κινοῦσιν, ἢ σκέλος, ἢ σύμπαν τὸ σῶμα ῥίπτουσιν ἀλόγως, ἐξαίφνης τε καὶ παραφρονητικῶς ἐξάλλονται σπασμοῦ δίκην, καὶ ταῦτα πάντα ποιοῦσι μετὰ τοῦ καὶ λέγειν τινὰ οὐ προσηκόντως, ὧν οὐδὲν οἱ μετὰ καταφορᾶς λη[197]θαργικοὶ πράττουσιν, ἀκίνητοι γὰρ ἀεὶ καὶ ἄφωνοι κεῖνται τοῖς βαθέως κοιμωμένοις ὁμοιωθέντες. τῶν δὲ μὴ ὑπνωδῶς καταφερομένων οἱ μὲν οὕτω ῥᾳδίως καὶ ἐπὶ πολὺ εὐκίνητοί εἰσιν, ὥστε μὴ διαλείπειν βοῶντες μέγα, καὶ κινεῖν τι μόριον σφοδρῶς, ἂν δ' ἐξεγείρῃς αὐτοὺς ἢ προσλαλῇς, προσβλέπουσιν ἀπρεπῶς καὶ μᾶλλον ἐξίστανται, καὶ κακὸν πράττειν ἐπιχειροῦσι, καὶ πάντως ἀκούειν προθυμότατοί εἰσιν οὐδὲν ἀπολειπόμενοι τῶν

quid loquuntur, et verſute, ſunt difficile ſentientes, neque ad acclamantes et pungentes excitantur facile. Coma vero phreniticum quidem et inſomne extra hanc eſt ſentiendi difficultatem et immobilitatem; etenim ſurgunt facile audientes vocem et ſonum omnem; et ſi tetigeris partem corporis, mox oculos elevant, et ad tangentem aſpiciunt. In ipſa autem cataphoratione vel manum movent, vel crus, vel univerſum corpus ejiciunt irrationabiliter, et repente, et deſipienter exiliunt ad inſtar ſpaſmi, et haec omnia faciunt cum eo, quod loquantur aliqua non congrue; quorum nullum, qui ſunt lethargici cum cataphora, faciunt; immobiles enim ſemper et voce capti jacent, eis qui profunde dormiunt aſſimilati. Ipſorum autem, qui non ſomnolenter cataphorantur, alii quidem ita facile, et multum mobiles exiſtunt, ut neque deficiant clamantes magne, et moveant aliquam partem vehementer; ſed ſi excitaveris eos, aut loquaris, aſpiciunt inconvenienter, et magis egrediuntur a ſe, et malum facere tentant, et omnino in audiendo promptiſſimi ſiunt,

Ed. Chart. VII. [197.]

σφηνωθῇ καὶ μηκέτι στέγηται τὸ ῥεῦμα, τὸ μέν τι κατὰ τὸ στόμα, τὸ δέ τι καὶ διὰ τῶν χιτώνων αὐτῶν διηθεῖται πρὸς τὸ ἐκτός· κἀν τούτῳ πίμπλανται ῥεύματος αἱ μεταξὺ χῶραι τῶν πρώτων σωμάτων, ὥστε καὶ θερμαίνεσθαι καὶ περικλύζεσθαι πανταχόθεν ὑπὸ τῆς ὑγρότητος ἅπαντα. τὰ νεῦρα δέ ἐστι ταῦτα καὶ ὑμένες καὶ σύνδεσμοι καὶ σάρκες αὐταί. πρὸ δὲ τούτων αἱ ἀρτηρίαι καὶ φλέβες, αἳ δὴ καὶ πρώτως καὶ μάλιστα ποικίλως ὀδυνῶνται. καὶ γὰρ ἔνδοθεν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος θερμαίνονταί τε καὶ διατείνονται καὶ διασπῶνται, κἀκ τῶν ἔξωθεν θερμαίνονται ἅμα καὶ θλίβονται καὶ βαρύνονται· τὰ δ᾽ ἄλλα μόρια, τὰ [172] μὲν ἐν τῷ θερμαίνεσθαι μόνον ἢ θλίβεσθαι, τὰ δὲ τῷ συναμφοτέρῳ κάμνει. καὶ καλεῖται μὲν τὸ νόσημα φλεγμονὴ, δυσκρασία δέ ἐστιν ἀνώμαλος τοῦ μυός. τὸ μὲν γὰρ αἷμα τὸ κατ᾽ αὐτὸν ἤδη ζέει· συνεκθερμαίνει δὲ αὐτῷ πρώτους μὲν καὶ μάλιστα τοὺς χιτῶνας τῶν ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν· ἤδη δὲ καὶ τὰ ἐκτὸς αὐτῶν, οἷς περικέχυται, πάντα. καὶ δυοῖν γε θάτερον ἀναγκαῖον ἀπαντῆσαι· νικήσαντος μὲν τοῦ ῥεύματος, φθορὰν γίνεσθαι

fit, neque amplius contineri queat, pars quaedam ejus per ipfarum ora, pars quaedam etiam per tunicas colata foras transmittitur; tum vero interjecta fpatia primorum corporum ita fluxione implentur, ut undique omnia ab humore et incalefcant et perfundantur. Ea funt nervi, ligamenta, membranae, caro ipfa, anteque haec arteriae et venae, quae certe primae et praeter caetera vario dolore afficiuntur. Etenim interius a fluxione tum calefiunt tum diftenduntur ac divelluntur; exterius non modo calefiunt, fed etiam premuntur ac degravantur; reliquae partes aliae incalefcendo folum, vel comprimendo, aliae utroque genere laborant; appellaturque morbus ipfe phlegmone; eft autem inaequalis mufculi intemperies; fervet enim jam qui in eo eft fanguis; is fecum calefacit primum quidem ac maxime arteriarum et venarum tunicas; mox vero, quae extra has funt, omnia, quibus circumfunditur. Ita duorum alterum fequi neceffe eft, ut, fi fluxio vicerit, corruptio fequatur

τῶν νικηθέντων σωμάτων· νικηθέντος δὲ, τὴν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδον τῷ μυΐ. καὶ δὴ νικάσθω πρότερον τὸ ῥεῦμα, βέλτιον γὰρ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἄρχεσθαι, διττὸς ἐν τούτῳ τρόπος ἔσται τῆς ἰάσεως, ἢ διαφορηθέντος ἅπαντος τοῦ κατασκήψαντος ὑγροῦ, ἢ πεφθέντος. ἀλλ' ἡ μὲν διαφόρησις εὐκταιοτάτη τῶν ἰάσεών ἐστι· τῇ πέψει δὲ ἕπεται δύο ταῦτ' ἐξ ἀνάγκης, πύου γένεσις καὶ ἀπόστασις. ἀφίσταται δὲ ποτὲ μὲν εἰς τὴν μεγίστην καὶ ἀκυροτάτην τῶν παρακειμένων κοιλοτήτων, ἥπερ δὴ καὶ βελτίστη τῶν ἀποστάσεών ἐστιν· ἐνίοτε δὲ εἰς τὴν μεγίστην μὲν οὐ μὴν ἄκυρον, ἢ εἰς ἄκυρον μὲν οὐ μεγίστην δέ. τοῖς μὲν οὖν κατὰ γαστέρα καλλίστη τῶν ἀποστάσεών ἐστιν ἡ εἰς τὴν ἐντὸς εὐρυχωρίαν, εἰς ἣν καὶ συῤῥήγνυνται τὰ πολλά· μοχθηρὰ δὲ ἡ ὑπὸ τὸ περιτόναιον. οὕτω δὲ καὶ τοῖς κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἡ μὲν εἰς τὰς ἐμπροσθίους κοιλίας ἀγαθὴ, μοχθηρὰ δὲ ἡ ὑπὸ τὰς μήνιγγας καὶ εἰς τὴν ὄπισθεν κοιλίαν. αἱ δὲ κατὰ τὰς πλευρὰς ἀποστάσεις εἰς τὰς τοῦ θώρακος εὐρυχωρίας ἐκρήγνυνται· καὶ τῶν μὲν μυῶν ὑπὸ τὸ δέρμα, τῶν δὲ σπλάγχνων ἢ εἰς

victorum corporum; ſin fluxio victa ſit, ut muſculus ad naturalem ſtatum redeat. Vincatur igitur prius fluxio, tutius enim eſt a potentioribus *curationem* exordiri, duplex hic erit medendi modus, quum vel diſcuſſus fuerit totus, qui decubuit, humor, vel concoctus. Verum diſcuſſio optanda maxime curatio eſt; concoctionem autem haec duo neceſſario ſequuntur, puris generatio et abſceſſus. Abscedit aliquando in cavitatum proxime accubantium tum maximam tum abjectiſſimam, qui ſane abſceſſuum optimus eſt; interdum in maximam, non tamen abjectam; vel in abjectam, ſed non maximam. Quibus igitur in ventrem *fluxus abſcedit*, abſceſſuum is optimus eſt, qui in internam ejus amplitudinem abiit, in quam etiam plerumque erumpunt; pravus vero, qui ſub peritonaeum. Ita vero quibus in cerebrum, bonus eſt, qui in anteriores ejus ventriculos abſcedit, pravus, ſub meningas, et qui in poſticum ejus ventriculum *fertur*. Coſtarum vero abſceſſus in thoracis capacitates erumpunt; muſculorum, ſub cutem; viſcerum,

τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας τὰς ἐν αὐτοῖς, ἢ ὑπὸ τὸν ὑμένα τὸν περιέχοντα, καθάπερ τι δέρμα καὶ αὐτὸν ὑπάρχοντα τοῖς σπλάγχνοις. εἰ δὲ νικηθείη τὰ σώματα πρὸς τοῦ ῥεύματος, εἰς τοσαύτην μὲν ἀφίξεται δηλονότι δυσκρασίαν, ὡς καὶ τὴν ἐνέργειαν αὐτῶν ἀπολέσθαι καὶ φθαρῆναι τῷ χρόνῳ· παύσεται δὲ ὀδυνώμενα τότε πρῶτον, ὅταν ἐξομοιωθῇ τῷ μεταβάλλοντι. οὐ γὰρ ἐν τῷ μεταβεβλῆσθαι τὴν κρᾶσιν, ἀλλ' ἐν τῷ μεταβάλλεσθαι πονεῖ τὰ μόρια, καθότι καὶ ὁ θαυμαστὸς Ἱπποκράτης ἔλεγεν· τοῖσι γὰρ τὴν φύσιν διαλλαττομένοισι καὶ διαφθειρομένοισιν αἱ ὀδύναι γίγνονται. διαλλάττεται δὲ καὶ διαφθείρεται τὴν φύσιν ἕκαστον θερμαινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ξηραινόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ἢ τῆς συνεχείας λυόμενον· ἐπὶ μὲν ταῖς ἀνωμάλοις δυσκρασίαις διὰ τὸ θερμαίνεσθαι ἢ ψύχεσθαι μάλιστα, δραστικώταται γὰρ αὗται αἱ ποιότητες, ἤδη δὲ καὶ διὰ τὸ ὑγραίνεσθαί τε καὶ ξηραίνεσθαι· ἐν δὲ τῷ πεινῆν ἢ διψῆν, ἐπιλειπούσης ἔνθα μὲν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, ἔνθα δὲ τῆς ξηρᾶς· ἐν δὲ τῷ τιτρώσκεσθαι καὶ διαβιβρώσκεσθαι καὶ τείνεσθαι καὶ θλίβεσθαι καὶ ἀνασπᾶσθαι, τῆς συνεχείας λυομένης.

vel in arterias et venas, quas in fe continent, vel in membranam ambientem, quae tanquam cutis quaedam visceribus ipfa eft. At fi victae a fluxione corporis partes fuerint, in tantam nimirum intemperiem devenient, ut inde tum earum pereat actio, tum ipfae temporis fpatio corrumpantur; definent autem tum primum dolere, quum mutatrici qualitati fuerint affimilatae; non enim quum mutata eft temperies, fed quum mutatur, partes dolent, quemadmodum et praeclarus effatur Hippocrates: *Dum enim alteratur ac corrumpitur natura, dolores fiunt.* Alteratur autem ac corrumpitur cujusque natura, quum vel calefit, vel refrigeratur, vel ficcatur, vel humectatur, vel *ejus* continuum folvitur. In intemperiebus quidem inaequalibus a calore et frigore potiffimum *contractis*, hae namque efficaciffimae funt qualitates, deinde vero a ficcitate et humiditate; ab inedia vero vel fiti, quod hic humida, illic ficca fubftantia deficiat; a vulnerantibus, erodentibus, tendentibus, prementibus, et lacerantibus, quod continuitas folvatur.

Κεφ. δ'. Εἰ μὲν οὖν ἥ τε θερμότης τοῦ αἵματος ἡ κατὰ τὸ φλεγμαῖνον μόριον ἐπιεικὴς ὑπάρχει καὶ τὸ περιεχόμενον αἷμα καθ' ὅλον τὸ τοῦ ζώου σῶμα μετρίως ἔχει κράσεως, οὐ πάνυ τι ῥᾳδίως συνεκθερμαίνεται τῷ πεπονθότι· εἰ δ' ἤτοι ζέοι σφοδρότερον, ἢ εἰ καὶ τὸ καθ' ὅλον τὸ τοῦ ζώου σῶμα αἷμα χολωδέστερον ὑπάρχοι, παραχρῆμα σύμπαν ἐκθερμαίνεται· [173] πολὺ δὲ μᾶλλον, ἐπειδὰν ἄμφω συνδράμοι, καὶ τὸ κατὰ τὴν φλεγμονὴν αἷμα θερμὸν ἱκανῶς εἶναι, καὶ τὸ καθ' ὅλον τὸ ζῶον χολῶδες. ἐκθερμαίνεται δὲ πρότερον μὲν τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας, ὅτι καὶ φύσει θερμότερόν ἐστι καὶ πνευματωδέστερον, ἐφεξῆς δὲ καὶ τὸ κατὰ τὰς φλέβας. εἰ δ' ἐγγὺς εἴη τῶν πολυαίμων σπλάγχνων τὸ φλεγμαῖνον μόριον, ἔτι καὶ θᾶττον αὐτῷ συνεκθερμαίνεται τὸ καθ' ὅλον τὸ ζῶον αἷμα. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ἐπὶ παντὸς τοῦ θερμαίνοντος ὅσον εὐαλλοίωτον ἦν, ἢ τῇ φύσει θερμὸν, ἐκθερμαίνεται πρῶτον· ὥσπέρ γε κἀπὶ τοῦ ψύχοντος ὅσον εὐαλλοίωτον ἦν, ἢ τῇ φύσει ψυχρὸν, ἐκεῖνο πρῶτον κατα(251)ψύχεται. εὐαλλοίωτον μὲν οὖν τὸ πνεῦμα, διότι καὶ

Cap. IV. Itaque fi calor fanguinis in parte phlegmone laborante mitis fit, et qui fanguis in univerfo animalis corpore continetnr, moderatam fortiatur temperiem, nequaquam perfacile una cum affecta parte calefit; fi vero ferveat fanguis vehementius, vel fi per totum animalis corpus biliofus fuerit, illico totus incalefcit; multo vero magis, quum ambo concurrerint, ut et qui fanguis in phlegmone continetur, admodum calidus fit, et qui in toto eft animante, biliofus. Incalefcit autem prius qui in arteriis eft fanguis, quod is tum natura calidior, tum vero magis fpiritalis fit; deinde vero etiam qui in venis eft. Quod fi pars affinis vifceribus fanguine fcatentibus obfeffa phlegmone fuerit, etiamnum celerius cum eo univerfus animalis fanguis incalefcit; unoque verbo, a quocunque calefaciente quicquid facile alterari poteft, aut natura eft calidum, primum excalefit; quemadmodum et ab eo quod refrigerat, quicquid facile alterabile eft, vel natura frigidum, id primum refrigeratur. Ac promptus quidem ad alterandum fpiritus eft,

λεπτομερέστατον· θερμότατον δὲ φύσει χολὴ ξανθὴ, ψυχρότατον δὲ φλέγμα. τῶν δ' ἄλλων χυμῶν αἷμα μὲν ἐφεξῆς τῇ ξανθῇ χολῇ θερμόν· ἡ μέλαινα δὲ ψυχρὸν μετὰ τὸ φλέγμα. καὶ δὴ ἀλλοιοῦται μὲν ἡ ξανθὴ χολὴ ῥᾳδίως ὑπὸ παντὸς τοῦ δρῶντος εἰς αὐτήν· ἡ μέλαινα δὲ δυσκόλως. ἑνὶ δὲ λόγῳ τὸ μὲν λεπτομερὲς ἅπαν εὐαλλοίωτον, τὸ δὲ παχυμερὲς δυσαλλοίωτον. ὥστ' ἀνάγκη πολυειδεῖς γίνεσθαι τὰς ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς ἀλλοιώσεις, ὅτι καὶ πολυειδῶς διάκεινται τὰ σώματα. πρῶτον μὲν γὰρ ὁ τὴν φλεγμονὴν ἐργαζόμενος χυμὸς ἢ μᾶλλον ἢ ἧττόν ἐστι θερμός· ἐφεξῆς δὲ σῆψις αὐτοῦ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀπαντᾷ φύσιν· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ παρὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐσφηνῶσθαι. τὰ γὰρ μὴ διαπνεόμενα θᾶττον σήπεται, ὥσπερ κἀπὶ τῶν ἐκτὸς ἁπάντων· ὅταν δὲ καὶ θερμὰ καὶ ὑγρὰ τὴν κρᾶσίν ἐστι, τότε δὴ καὶ μάλιστα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ φλεγμαῖνον μόριον ἢ ἐγγὺς ἢ πόῤῥω τῶν πολυαίμων σπλάγχνων ἐστὶ, καὶ τὸ πᾶν αἷμα πικρόχολον, ἢ μελαγχολικὸν, ἢ φλεγματῶδες, ἢ πνευματῶδες, καὶ ταῦτα πάντα μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ὥστ' ἀνάγκη πολυειδεῖς γίνεσθαι

quod ex tenuiffimis conftet partibus. Calidiffima natura eft flava bilis, frigidiffima vero pituita. Reliquorum humorum fanguis poft flavam bilem calidus eft, ficut atra bilis poft pituitam frigida. Quin etiam alteratur flava bilis levi momento a quovis in eam agente; nigra aegre alteratur. Uno verbo, quicquid tenuium eft partium, id prompte alteratur; contra quod craffarum eft partium, difficilem fubit alterationem. Quare multiplices in phlegmonis alterationes oboriri neceffe eft, quod multifariam affecta fint corpora. Primum namque humor, qui phlegmonem excitat, magis minusve calidus eft; deinde ipfius putrefactio pro ipfius natura incidit; non minime vero, prout is magis minusve impactus eft. Quae namque non perflantur, celerius putrescunt, ut et externis accidit omnibus; caeterum quum calida temperamento funt et humida, tum utique potiffimum putrent. Jam pars ipfa phlegmone laborans, vel prope, vel longe fita eft a multi fanguinis visceribus; totusque fanguis vel biliofus eft, vel melancholicus, vel pituitofus, vel flatulentus, atque haec omnia magis minusque; quare

τὰς ἀλλοιώσεις, ἑτέρου τε πρὸς ἕτερον παραβαλλομένου καὶ αὐτοῦ τινος πρὸς ἑαυτό.

Κεφ. ε'. Αὗται πᾶσαι δυσκρασίαι τοῦ σώματος ἀνώμαλοι γίγνονται, μάλιστα μὲν ἐκπυρουμένου τοῦ κατὰ τὴν φλεγμονὴν αἵματος, ἐφεξῆς δὲ τοῦ κατὰ τὰ σπλάγχνα καὶ τοῦ κατὰ τὴν καρδίαν, καὶ ταύτης μάλιστα τοῦ κατὰ τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν, εἰς ἣν εἰ καὶ ζῶντος τοῦ ζώου καὶ μηδέπω πυρέττοντος ἐθελήσεις ἐμβαλεῖν τοὺς δακτύλους, ὡς ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσι γέγραπται, σφοδροτάτης αἰσθήσῃ θερμασίας. οὔκουν ἀπεικός ἐστιν οὐδ' ὁπότε σύμπαν ἐκθερμαίνεται τὸ σῶμα παρὰ φύσιν, εἰς ἄκρον ἥκειν τὴν θερμότητα ἐκείνην μάλιστα. καὶ γὰρ λεπτομερέστατον αἷμα καὶ πνευματωδέστατον ἔχει, καὶ κινεῖται διαπαντός. ἀλλ' ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασι πυρετοῖς ἐκθερμαίνεται μὲν ἐνίοτε σύμπαν ἤδη τὸ αἷμα, καὶ δέδεκται τὴν παρὰ φύσιν ἐκείνην θερμασίαν, τὴν ἐκ τῆς σηπεδόνος τῶν χυμῶν ὁρμηθεῖσαν· οὐ μὴν οὐθ' οἱ χιτῶνες τῶν ἀρτηριῶν ἢ τῶν φλεβῶν οὔτ' ἄλλο τι τῶν περικειμένων σωμάτων ἤδη πω τελέως ἠλλοίωται τὴν κρᾶσιν, [174] ἀλλ' ἔτι μεταβάλλεται

necesse est multiplices fieri alterationes, sive alterum alteri sit collatum, sive idem sibi.

Cap. V. Hae omnes intemperies corporis inaequales fiunt, maxime quidem inflammato eo qui in phlegmone est sanguine; deinde eo qui in visceribus et corde continetur, eoque potissimum qui in sinistro est ejus ventriculo, in quem, ut in administrationibus anatomicis scriptum est, si vivo etiam animante, nec adhuc febricitante, digitos velis conjicere, vehementissimum senties calorem. Non itaque absurdum est, ubi totum corpus praeter naturam incalescit, hunc maxime ventriculum ad summum calorem pervenire; etenim tenuissimum maximeque spirituosum sanguinem habet, perpetuoque movetur. Verum his in febribus omnibus calesit quidem interdum universus jam sanguis, qui calorem illum praeter naturam ex humorum putredine obortum concepit; non tamen aut arteriarum, venarumve tunicae, aut aliud ullum circumjacentium corporum prorsus jam temperamentum suum mutavit, sed adhuc mutatur, at-

καὶ ἀλλοιοῦται θερμαινόμενα. εἰ δ' ἐν χρόνῳ πλείονι τοῦτο πάσχοι, κἂν νικηθείη ποτὲ καὶ μεταβληθείη παντάπασιν, ὡς μηκέτι θερμαίνεσθαι μόνον, ἀλλ' ἤδη τεθερμάνθαι παρὰ φύσιν. ὅρος δέ ἐστι τῆς ἀλλοιώσεως ἑκάστῳ τῶν μορίων ἡ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ βλάβη· τὸ δ' ἄχρι τοῦδε πλάτος ἐπάνοδός ἐστιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, οἷον ἐπίμικτόν τε καὶ κοινὸν καὶ μέσον ἐξ ἀμφοῖν τῶν ἐναντίων γεγονὸς, αὐτοῦ τε τοῦ κατὰ φύσιν ἀκριβῶς καὶ τοῦ τελέως ἤδη παρὰ φύσιν. ἐν δὲ τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ τὸ θερμαινόμενον σῶμα τῷ ποσῷ τῆς ἀλλοιώσεως ἀνάλογον ἔχει τὴν ὀδύνην. ὅταν δ' ἐκθερμανθῇ τελέως ἅπαντα τοῦ σώματος τὰ στερεὰ μόρια, καλεῖται ὁ τοιοῦτος πυρετὸς ἑκτικὸς, ὡς ἂν μηκέτι τοῖς ὑγροῖς τε καὶ τῷ πνεύματι μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἕξιν ἔχουσι σώμασι περιεχόμενος· ἀνώδυνος δ' ἐστὶ καὶ νομίζουσιν οἱ πυρέττοντες οὕτως ὡς μηδὲ πυρέττειν ὅλως. οὐ γὰρ αἰσθάνονται τῆς θερμασίας, ἁπάντων ὁμοίως τεθερμασμένων αὐτοῖς τῶν μορίων. καὶ δὴ καὶ ὁμολογεῖται ταῦτα τοῖς φυσικοῖς ἀνδράσιν ἐν τοῖς

que incalescens alteratur. Quod si longiori tempore hoc patiatur, etiam vincetur aliquando, prorsusque mutabitur, ita ut non amplius calefiat, sed jam sit praeter naturam calefactum. Terminus autem alterationis cuique partium est functionis ipsius laesio; ad quem usque *terminum* latitudo reditus est in id quod praeter naturam est, veluti mixtum communeque ac medium quiddam ex contrariis utrisque conflatum, ipso, qui secundum naturam prorsus est, *affectu*, et eo qui jam plane est praeter naturam. Hoc toto tempore corpus incalescens, alterationis magnitudini proportione respondentem habet dolorem. Quum vero omnes corporis solidae partes absolute incaluerint, ejusmodi febris hectica vocatur, ceu quae non amplius in humoribus et spiritibus solum, sed jam et in corporibus habitum habentibus contineatur; doloris autem est expers, et qui ea febricitant, omnino se non febricitare augurantur; non enim sentiunt calorem, omnibus eorum partibus aeque calefactis. Sed et convenit de his inter naturalis scientiae professores

περὶ τῶν αἰσθήσεων λογισμοῖς. οὔτε γὰρ χωρὶς ἀλλοιώσεως ἡ αἴσθησις οὔτ᾽ ἐν τοῖς ἤδη τελείως ἠλλοιωμένοις ἡ ὀδύνη. ταῦτ᾽ ἄρα καὶ οἱ ἑκτικοὶ πυρετοὶ πάντες ἄπονοί τε καὶ τελέως εἰσὶν ἀναίσθητοι τοῖς κάμνουσιν. οὐ γὰρ ἔτι τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων τὸ μὲν ποιεῖ, τὸ δὲ πάσχει, πάντων ὁμοίων ἀλλήλοις ἤδη γεγονότων, καὶ μίαν ἐχόντων ὁμόλογον κρᾶσιν.

Κεφ. στ΄. Εἰ δὲ δὴ καὶ τὸ μὲν εἴη θερμότερον αὐτῶν, τὸ δὲ ψυχρότερον, ἀλλὰ τοσούτῳ θερμότερον ἢ ψυχρότερον, ὡς μὴ λυπεῖν τὸ πλησιάσαν· ἢ οὕτως ἂν ἦν ἀλλήλοις λυπηρὰ καὶ κατὰ φύσιν ἔχοντα τὰ μόρια, ὡς διαφέροντά γε καὶ αὐταῖς ταῖς κράσεσι. σὰρξ μὲν γὰρ θερμὸν μόριον, ὀστοῦν δὲ ψυχρόν, ἀλλὰ καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνώδυνος ἡ ἀνωμαλία τῷ μέτρῳ τῆς ὑπεροχῆς. οὕτω γοῦν καὶ τὸ περιέχον ἡμᾶς οὐκ ἀνιᾷ, πρὶν εἰς ἄμετρόν τε ψύξιν ἢ θερμασίαν ἐκτραπῆναι· τῶν δ᾽ ἐν τῷ μέσῳ διαφορῶν αὐτοῦ, καίτοι παμπόλλων οὐσῶν καὶ σαφῆ τὴν ὑπεροχὴν ἐχουσῶν, ἀλύπως αἰσθανόμεθα. κινδυνεύει τοιγαροῦν ἐκ τῶνδε κἀκεῖνος ὁ λόγος ἔχειν ἐπιείκειαν, ὥς που

in iis, quae de sensibus produnt. Neque enim citra alterationem est sensus; neque in jam perfecte alteratis dolor. Itaque etiam hecticae febres omnes tum doloris tum sensus ipsis laborantibus omnino expertes sunt. Non enim etiamnum ex eorum partibus haec agit, illa patitur, quum omnes inter se jam similes sint redditae ac unicam habeant consentientem temperiem.

Cap. VI. Quod si earum *partium* alia calidior fuerit, alia frigidior, sed eatenus calidior, vel frigidior, ut vicinam non laedat; alioqui ita partes secundum naturam se habentes mutuo sese laederent, ut quae ipsis temperamentis dissideant. Caro namque calida pars est, os frigidum. Verum tam harum *partium,* quam reliquarum omnium, exuperantiae metro doloris est expers inaequalitas. Sic itaque ambiens nos aër prius haud laedit, quam ad immoderatum calorem frigusque fuerit immutatus; cujus eas quae in medio sunt differentias, tametsi permultas ac manifestum excessum inter se habentes, citra laesionem sentimus. Unde ex his periclitatur et oratio illa habere aequi-

καὶ Ἱπποκράτης φησὶν, ὁ φάσκων ἕλκη πάντ' εἶναι τὰ νοσήματα. συνεχείας μὲν γὰρ λύσις τὸ ἕλκος, αἱ δ' ἄμετροι θερμασίαι καὶ ψύξεις πλησίον ἥκουσι τοῦ λύειν τὴν συνέχειαν. ἡ μὲν γὰρ πολλὴ θερμασία τῷ διακρίνειν τε καὶ διατέμνειν τῆς οὐσίας τὸ συνεχὲς, ἡ δ' ἄκρα ψύξις τῷ πιλεῖν τε καὶ συνωθεῖν εἴσω τὰ μὲν ἐκπιέζει, τὰ δὲ θλᾷ. καὶ τοῦτόν γέ τις ὅρον τιθέμενος ἀμετρίας θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, τάχ' ἂν οὐκ ἄπο τρόπου γιγνώσκειν δόξειεν. εἴτε δὲ οὗτος εἴτε ἄλλός τις ὅρος ἐστὶ τῆς ἀμετρίας, ἀλλὰ τό γ' ἐν τῷ πρός τι πᾶσαν ἀμετρίαν ὑπάρχειν ἤδη που πρόδηλον. οὐ γὰρ ὡσαύτως ὑπὸ τῶν θερμῶν ἢ ψυχρῶν ἅπαν τὸ σῶμα διατίθεται. καὶ διὰ τοῦτο τινὰ μὲν οἰκείους ἔχει τοὺς χυμοὺς ἀλλήλοις ζῶα, [175] τινὰ δ' οὐ μόνον οἰκείους ἔχει, ἀλλὰ καὶ φθαρτικοὺς, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἔχιδνα. τὸ γοῦν σίελον ὀλέθριόν ἐστιν ἑκατέρῳ τὸ τοῦ ἑτέρου, οὕτω γοῦν καὶ σκορπίον ἀναιρήσεις ἐπιπτύων νῆστις, οὐ μὴν ἄνθρωπός γε ἄνθρωπον ἀναιρήσει δάκνων, οὐδὲ ἔχις ἔχιν, οὐδ' ἀσπίδα ἀσπίς. τὸ μὲν γὰρ ὅμοιον οἰκεῖον εἶναι καὶ φί-

tatem, ut alicubi et Hippocrates ait, proferens *omnes morbos esse ulcera*; continuitatis namque folutio ulcus eft. Immoderatus vero calor ac frigus proxime accedunt, ut unitatem folvant; multus quidem calor, dum fegregat ac incidit fubftantiae continuitatem; fummum vero frigus, tum cogendo, tum introrfum pariter trudendo quaedam exprimit, quaedam collidit. Atque hunc quispiam terminum caloris ac frigoris immoderationem ftatuens, fortaffis non ultra modum fe percipere duxerit. Seu vero is, feu alius quidam immoderationis terminus fit, certe confiftere omnem immoderationem in habitudine ad aliquid, jam liquet. Non enim eodem modo a calidis frigidisve afficitur omne corpus; ob idque animalium quaedam familiares fibi invicem fuccos habent, quaedam non folum non familiares, fed etiam exitiales; quemadmodum homo atque vipera, quorum utriusque faliva alteri eft perniciofa; ita quoque et fcorpium necaveris, fi jejunus *illi* infpueris. At non homo hominem morfu interimet, nec vipera viperam, nec aspis aspidem. Quod enim fimile eft, id familiare amicumque

Ed. Chart. VII. [175.] Ed. Baf. I. (251.)
λιον, τὸ δ' ἐναντίον ἐχθρὸν καὶ ἀνιαρόν. αὐξάνεται οὖν ἅπαντα καὶ τρέφεται πρὸς τῶν ὁμοίων, ἀναιρεῖται δὲ καὶ φθείρεται πρὸς τῶν ἐναντίων. καὶ διὰ τοῦτο ἡ μὲν τῆς ὑγείας φυλακὴ διὰ τῶν ὁμοίων, ἡ δὲ τῶν νοσημάτων ἀναίρεσις διὰ τῶν ἐναντίων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἕτερος λόγος. ὁ δ' ἑκτικὸς ἐκεῖνος πυρετὸς ὁ τὴν ἕξιν ἤδη τοῦ ζώου κατειληφὼς ἀναίσθητός ἐστι τῷ κάμνοντι. τῶν δ' ἄλλων πυρετῶν οὐδεὶς ἀναίσθητος, ἀλλ' οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον ἀνιαροὶ τοῖς νοσοῦσιν. ἔνιοι δ' αὐτῶν καὶ ῥῖγος ἐπιφέρουσι. γίνεται γὰρ οὖν δὴ καὶ τοῦτο τὸ σύμπτωμα, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ, πρὸς τῆς ἀνωμάλου δυσκρασίας. εἰπεῖν δ' οὐκ ἐγχωρεῖ τὸν τρόπον αὐτῆς τῆς γενέσεως ἐν τῷ ἐνεστῶτι λόγῳ, πρὶν ἀποδεῖξαι περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων, ὅσαι τέ εἰσι καὶ ὁποῖαι, καὶ ὅτι δρᾷν ἑκάστη πέφυκεν. ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίαις ὑπὲρ ἁπάντων εἰρήσεται.

Κεφ. ζ. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὰς τῆς ἀνωμάλου δυσκρασίας διαφοράς. ὅπως μὲν γὰρ ἐπὶ φλεγμονῇ γίγνεται πυρετὸς ἅπας, ὅτι τε καὶ πυρετὸς καὶ φλεγμονὴ πᾶσα, χωρὶς τῶν ἑκτικῶν ὀνομαζομένων, ἐκ τῶν ἀνωμάλως κεκραμένων νοση-

eſt; quod contrarium, id inimicum ac noxium. Augentur enim ac nutriuntur omnia a ſimilibus; perimuntur vero ac corrumpuntur a contrariis. Itaque etiam ſanitatis conſervatio ſimilibus perficitur; morborum everſio contrariis. Verum de his alius eſt ſermo. Hecticam vero illam febrem, quae jam habitum animalis occupavit, minime ſentit qui ea laborat; reliquas febres nemo non ſentit; ſed aliae magis, aliae minus aegrotantibus ſunt graves. Ipſarum nonnullae rigorem invehunt; fit enim id quoque ſymptoma, quemadmodum alia multa, ab inaequali intemperie. Modum tamen ejus generationis in praeſenti libro tradere non datur, priusquam de naturalibus facultatibus demonſtratum fuerit, quot et quales ſint, tum quid agere quaeque nata ſit. Verum in libris de ſymptomatum cauſis de omnibus agetur.

Cap. VII. At rurſum ad inaequalis intemperiei differentias revertor; nam quemadmodum ex phlegmone febris oriatur, tum quod phlegmone omnis ac febris omnis praeter hecticas appellatas, ex morbis ſint, quibus inaequa-

μάτων, ἤδη μοι λέλεκται. γίνεται δὲ καὶ χωρὶς φλεγμονῆς ἐπὶ σήψει χυμῶν πυρετός. οὐ γὰρ δὴ τά γε ἐσφηνωμένα καὶ μὴ διαπνεόμενα σήπεται μόνον, ἀλλὰ ταῦτα τάχιστα μὲν καὶ μάλιστα· σήπεται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐπιτηδείων εἰς σῆψιν. εἰρήσεται δὲ καὶ περὶ τῆς τούτων ἐπιτηδειότητος ἑτέρωθι. καὶ μὲν δὴ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ἀνώμαλος ἔσται δυσκρασία περὶ σύμπαν τὸ σῶμα, ποτὲ μὲν λιγνυώδους διαπνοῆς (252) ἐπισχεθείσης, ποτὲ δὲ ἐκ γυμνασίων πλειόνων, ἢ πόνων αὐξηθέντων, τὴν θερμασίαν ἐπιτεινόντων, ποτὲ δὲ ἐπὶ θυμῷ, ζέσαντος ἀμετρότερον τοῦ αἵματος, ἢ δι' ἔγκαυσίν τινα, ἔξωθεν ἐκθερμανθέντος. ὅτι δὲ κἀν τούτοις ἅπασι τοῖς πυρετοῖς, ὥσπερ κἀν τοῖς ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς ἔμπροσθεν ἐλέγετο, παρά τε τὴν ἰσχὺν τοῦ δρῶντος αἰτίου καὶ παρὰ τὴν τοῦ σώματος διάθεσιν οἱ μὲν μᾶλλον πυρέσσουσιν, οἱ δὲ ἧττον, οἱ δὲ οὐδ' ὅλως, εὔδηλον εἶναι νομίζω. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ποτὲ μὲν ταύτης τῆς πνευματώδους μόνης οὐσίας, ἐνίοτε δὲ ἅπτεται καὶ τῶν χυμῶν ἡ δυσκρασία, πρόδηλον καὶ τοῦτο οὐδὲν ἧττον, καὶ ὡς ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις χρονίζουσιν ὁ καλούμενος ἑκτικὸς ἀκολουθήσει.

lis fit intemperies, jam dictum eft. Accenditur autem febris et citra phlegmonen, ex folis humoribus putrescentibus. Non enim quae obftruuntur et quae non perflantur, folum putrescunt, verum haec celerrime ac potiffimum; fed etiam putrescunt alia multa, quae putredini funt obnoxia. Dicetur vero de horum opportunitate alio loco. Jam alio quoque modo inaequalis erit intemperies in toto corpore, interdum fuliginofa diflatione fuppreffa, interdum ab exercitationibus majoribus vel laboribus calorem adaugentibus, interdum ab ira, quum fanguis immoderatius fervet, vel quum ob deuftionem quamvis externam incalescit. Porro, quod etiam his in omnibus febribus, quemadmodum et in phlegmonis prius dictum eft, tum pro efficientis caufae viribus, tum pro corporis ipfius affectu, alii magis, alii minus, alii haudquaquam febricitent, apertum effe arbitror. Peraeque vero, et quod intemperies ipfa nonnunquam folam fpirituum invadat fubftantiam, nonnunquam ipfos etiam humores, clarum id quoque non minus effe reor, et quod omnibus hujusmodi febribus diuturnis

καί πως ὁ λόγος ἤδη δείκνυσιν, ὡς ἐνίοτε μὲν οὐσίας θερμῆς ἢ ψυχρᾶς ἐπιῤῥυείσης μορίῳ τινὶ γίγνεσθαι συμβαίνει τὴν ἀνώμαλον ταύτην δυσκρασίαν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων ἐλέγετο, πολλάκις δ' οὐχ οὕτως, ἀλλ' αὐτῆς τοῦ σώματος τῆς κράσεως ἀλλοιωθείσης κατὰ ποιότητα· καὶ ὡς τῶν ἀλλοιούντων αὐτὴν τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος ὁρμᾶται, τὰ δὲ ἔξωθεν· ὅταν μὲν ἐπὶ σήψεσι μόναις, ἢ τισι φλεγμο[176]ναῖς ἐγείρηται πυρετὸς, ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος· ὅταν δὲ ἐπὶ ἐγκαύσεσι καὶ γυμνασίοις, ἔξωθεν. εἰρήσεται δὲ καὶ περὶ τούτων ἐπὶ πλέον αὖθις ἐν ταῖς τῶν νοσημάτων αἰτίαις. ὥσπερ δὲ ἐπὶ ἐγκαύσει γίνεται πυρετὸς, ἀλλοιωθείσης τῆς τοῦ σώματος κράσεως, οὕτως ἐν κρύει πολλάκις ἐψύγησαν ἰσχυρῶς ἔνιοι σύμπαν τὸ σῶμα, καί τινες ἐξ αὐτῶν ἀπέθανον· καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀλγοῦσιν οὕτω πάντες, οὐδὲ τοῦτ' ἄδηλον.

Κεφ. η'. Ἀλγοῦσι δὲ καὶ ὅσοι καταψυχόμενοι σφοδρῶς ὑπὸ κρύους καρτεροῦ προεθυμήθησαν ἐκθερμῆναι ταχέως ἑαυτοὺς, καὶ πολλοί γε αὐτῶν ἐπενέγκαντες ἀθρόως τῷ πυρὶ τὰς χεῖρας, ἀλγήματος αἰσθάνονται σφοδροῦ κατὰ τὰς ῥίζας

hectica vocata superveniet. Jamque sermo noster propemodum ostendit inaequalem hanc intemperiem aliquando ex calida frigidave substantia, quae in partem aliquam influat, accidere, quemadmodum in inflammatis dictum est; saepe vero non ita, sed ipsa corporis temperie in qualitate mutata; tum quod alterantium eam quaedam ortum habent ab ipso corpore, quaedam extrinsecus; utique, quum ex putredine tantum aliqua vel phlegmone excitatur febris, ab ipso corpore; quum ab ustione vel exercitatione, extrinsecus. Dicetur autem et de his susius rursum in morborum causis. Quemadmodum autem ex deustione febris accenditur, alterato corporis temperamento: ita nonnulli saepe ex frigore refrigerati toto corpore vehementer sunt, aliqui vero etiam interierunt. Jam quod hi omnes etiam doleant, nec id quidem latet.

Cap. VIII. At vero dolent et qui ab arduo frigore vehementer perfrigerati celeriter sese excalefacere properarunt, multique eorum quum subito ac simul manus igni admoverunt, ingentem circa unguium radicem dolorem sen-

τῶν ὀνύχων. εἶτά τις οὕτως ὁρῶν ἐναργῶς ὀδύνης αἰτίαν γιγνομένην τὴν ἀνώμαλον δυσκρασίαν, ἔτ' ἀπιστεῖ περὶ τῶν ἐντὸς ἀλγημάτων, ἢ θαυμάζει, πῶς χωρὶς φλεγμονῆς ὀδυνῶνται πολλάκις, ἢ τὸ κῶλον, ἢ τοὺς ὀδόντας, ἢ τῶν ἄλλων τι μορίων; οὔτε γὰρ τῶν τοιούτων διαθέσεων οὐδὲν θαυμαστὸν, οὐδὲ πῶς ἅμα ῥιγοῦσι καὶ πυρέττουσιν ἔνιοι τῶν νοσούντων. καὶ γὰρ εἰ φλεγματώδης χυμὸς ψυχρὸς, ὃν ὁ Πραξαγόρας ὑαλοειδῆ καλεῖ, καὶ πικρόχολος καὶ θερμὸς ἅμα πλεονάζοιέν τε καὶ κινοῖντο διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων, οὐδὲν θαυμαστὸν ἀμφοτέρων ὁμοίως αἰσθάνεσθαι τὸν ἄῤῥωστον. οὐδὲ γὰρ εἰ στήσαις ἄνθρωπον ἐν ἡλίῳ θερμῷ, καὶ προσβρέχοις ὕδωρ ψυχρὸν, ἀδύνατον αὐτὸν μὴ οὐχ ἅμα καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ ἡλίου θερμότητος αἰσθάνεσθαι καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ ὕδατος ψυχρότητος. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἔξωθέν ἐστιν ἀμφότερα καὶ κατὰ τὰ μεγάλα προσπίπτει μόρια· κατὰ δὲ τοὺς ἠπιάλους πυρετοὺς ἔνδοθέν τε καὶ κατὰ μικρὸν, καὶ διὰ τοῦτο σύμπαν ἀμφοτέρων αἰσθάνεσθαι τὸ σῶμα δοκεῖ. τῷ γὰρ δὴ ἐλαχίστῳ παρεσπάρθαι τό τε θερμὸν καὶ ψυχρὸν οὐδέν ἐστιν αὐτῆς λαβεῖν μόριον αἰσθη-

tiunt. Deinde quisquam, quum tam luculenter videat inaequalem intemperiem doloris esse causam, etiam de internis doloribus dubitat, aut miratur quo pacto citra phlegmonem saepenumero, vel colo intestino, vel dentibus, vel alia quavis parte homines doleant? Nam nihil talium affectuum mirabile est, nec quemadmodum simul rigeant et febricitent aegrotantium aliqui. Etenim si pituitosus humor frigidus, quem Praxagoras vitreum appellat, et bilis amara et calida simul abundent et per sensibilia corpora membra moveantur, nihil mirum est utrumque ab aegroto pari modo sentiri. Neque enim si hominem sub sole calido statuas et aquam illi frigidam infundas, fieri non potest, ut simul et a sole calorem et ab aqua frigus sentiat. Verum hic ambo extrinsecus sunt, et magnis portionibus incidunt; in febribus vero epialis, tum internis, tum exiguis portionibus, ob idque universum corpus ambo sentire videtur. Quum enim tenuissimis portiunculis aspersum per corpus tum calidum sit tum frigidum, nullam sensibilem alterius portiunculam ita parvam desumis, in qua non alte-

τὸν, ἐν ᾧ θάτερον οὐχ ὑπάρχει. κατὰ μέντοι τὴν εἰσβολὴν τῶν παροξυσμῶν ἔνιοι τῶν πυρεττόντων καὶ ῥιγοῦσι καὶ διψῶσι καὶ ἀμφοτέρων αἰσθάνονται, ψύξεως ἀμέτρου καὶ θέρμης, ἀλλ᾽ οὐ κατ᾽ αὐτὸν τὸν τόπον· ἐναργῶς γὰρ ἔχουσι διορίσαι τὰ θερμαινόμενα μόρια τῶν ψυχομένων. ἔνδοθεν μὲν γὰρ καὶ κατ᾽ αὐτὰ τὰ σπλάγχνα θερμασίας, ἐν δὲ τοῖς ἔξωθεν μορίοις ἅπασι τῆς ψύξεως αἰσθάνονται. ἔτι δὲ καὶ οἱ λειπυρίαι καλούμενοι πυρετοὶ διὰ παντὸς τοιοῦτοι, καί τι γένος ὀλεθρίων καύσων. ὅπερ οὖν ἐν τούτοις κατὰ τὰ μεγάλα μόρια, τοῦτ᾽ ἐν τοῖς ἠπιάλοις κατὰ σμικρὰ συμπέπτωκεν. ἀνώμαλος μὲν γὰρ δυσκρασία καὶ ἡ τούτων τῶν πυρετῶν· ἀνώμαλος δὲ καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἁπάντων, πλὴν τῶν ἑκτικῶν ὀνομαζομένων· ἀνώμαλος δὲ καὶ τοῖς ῥιγοῦσι μὲν, οὐκ ἐπιπυρέττουσι δέ. σπάνιον μὲν γὰρ τὸ σύμπτωμα, γίνεται μὴν ὅλως καὶ γυναιξὶ καί τισιν ἀνδράσιν ἐνίοτε. χρὴ δὲ πάντως ἀργὸν προηγεῖσθαι βίον, ἤ τι πλῆθος ἐδεσμάτων ἐν χρόνῳ πλείονι προσενηνέχθαι τὸν ἄνθρωπον, ἐξ οὗ χυμὸς ἀργὸς καὶ ψυχρὸς καὶ ὠμὸς καὶ φλεγματώδης γεννᾶται, ὁποῖόν τινα καὶ Πραξαγόρας ἡγήσατο τὸν

rum sit *comprehensum.* In ipsa tamen accessionis invasione nonnulli febricitantium tum rigent, tum sitiunt, tum ambo sentiunt frigus immoderatum et calorem, verum non eodem loco; nam possunt excalefactas partes a refrigeratis manifeste discernere; nam intus et in ipsis visceribus calorem sentiunt, in externis partibus universis frigus. Tales etiamnum perpetuo sunt febres quae lipyriae vocantur, et quoddam ardentium febrium perniciosum genus. Quod igitur in his majoribus portionibus accidit, hoc in epialis contingit minutis. Inaequalis namque est et harum febrium intemperies; sed inaequalis quoque reliquarum omnium, exceptis appellatis hecticis. Quin etiam rigentibus, nec febricitantibus inaequalis intemperies est; rarum enim est id symptoma; incidit tamen prorsus tum mulieribus tum quibusdam aliquando viris. Debet autem omnino deses praecessisse vita, aut certe ciborum copiam longiore spatio homo sumpsisse, ex quibus tardus, frigidus, crudus et pituitosus nascatur humor, qualem Praxagoras vitreum existimat

ὑαλοειδῆ. πάλαι δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐδεὶς οὕτως ἔπασχεν, ὅτι μηδεὶς [177] τοσοῦτον ἀργῶς καὶ πλησμίως διῃτᾶτο, καὶ διὰ τοῦτο γέγραπται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς ἕπεσθαι ῥίγει πυρετόν· ἀλλὰ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς καὶ ἄλλοις πολλοῖς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ὦπται πολλάκις ῥῖγος ᾧ πυρετὸς οὐκ ἐπηκολούθησε. σύνθετος δ' ἐκ ταύτης ἐστὶ τῆς δυσκρασίας καὶ προσέτι τῆς τῶν πυρεττόντων ὁ ἠπίαλος. οὕτω δ' ὀνομάζω τὸν πυρετὸν ἐκεῖνον, ᾧ διὰ παντὸς ἄμφω συμβέβηκεν· ᾧ δὲ ἡγεῖται μὲν ῥῖγος, ἕπεται δ' ὁ πυρετὸς, ὡς ἐν τριταίοις καὶ τεταρταίοις, οὐ καλῶ τοῦτον ἠπίαλον. ὥστε διὰ τῶν ἀνωμάλων δυσκρασιῶν ὁ ἠπίαλος συμπέπλεκται, καὶ οἱ λοιποὶ δὲ πυρετοὶ σχεδὸν ἅπαντες, πλὴν τῶν ἑκτικῶν ὀνομαζομένων.

Κεφ. θ'. Ὡσαύτως καὶ ὅσα μορίου τινός ἐστι νοσήματα μετ' ὄγκου, καὶ ταῦτα σύμπαντα παραπλησίως τῇ φλεγμονῇ κατὰ δυσκρασίαν ἀνώμαλον ἀποτελεῖται, καρκῖνος, ἐρυσίπελας, ἄνθραξ, ἕρπης, οἴδημα, φλεγμονὴ, φαγέδαινα, γάγγραινα. κοινὸν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἅπασι τὸ ἐξ ἐπιῤῥοῆς ὑγρῶν γεγονέναι· διαφέρει δὲ τῷ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ φλεγματικοῦ χυμοῦ,

Antiquitus autem nemo, ut videtur, ita eſt affectus, ut qui neo adeo ocioſi, nec in victus ſaturitate viverent; indeque factum eſt, ut ſcripſerint antiqui medici *Rigori febrem ſupervenire.* Verumtamen tum nos ipſi, tum alii juniorum medicorum non pauci, ſaepenumero vidimus rigorem quem nulla febris ſequuta ſit. Componitur autem ex hac intemperie et ea quae febricitantium eſt epiala; appello ita febrem illam, cui ambo ſemper accidunt; at in qua rigor quidem praecedit, febris vero ſequitur, ut in tertianis et quartanis, hanc epialam non voco. Proinde ex duplici inaequali intemperie epiala complicatur, et aliae febres, praeter hecticas, prope omnes.

Cap. IX. Eodem modo qui partis alicujus cum tumore ſunt morbi, hi quoque omnes peraeque ac phlegmone cum inaequali intemperie conſiſtunt, cancer, eryſipelas, carbunculus, herpes, oedema, phagedaena, gangraena. Nam his omnibus eſt commune, ut ex humorum fluxione ſint orta; in eo diſſident, quod alii ex pituitoſo, alii ex bilioſo,

τὰ δὲ ὑπὸ χολώδους, ἢ μελαγχολικοῦ χυμοῦ, τὰ δὲ ὑφ᾽ αἵματος ἤτοι θερμοῦ καὶ λεπτοῦ καὶ ζέοντος, ἢ ψυχροῦ καὶ παχέος, ἢ πως ἄλλως διακειμένου γίγνεσθαι. δηλωθήσεται γὰρ ἀκριβῶς ὑπὲρ τῆς κατ᾽ εἶδος ἐν τούτοις διαφορᾶς ἑτέρωθι· πρὸς δὲ τὸν ἐνεστῶτα λόγον ἀρκεῖ καὶ τοῦτ᾽ εἰρῆσθαι μόνον, ὡς ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ ῥεῦμα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἐργάσεται παθῶν, καθ᾽ οἷον ἔμπροσθεν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ αἱματώδους ἐδείκνυτο γενέσθαι φλεγμονή· καὶ ὡς τῶν ὁμοιομερῶν τε καὶ ἁπλῶν σωμάτων ἕκαστον, ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διατεθειμένον, εἰς ἀνώμαλον ἀφίξεται καὶ αὐτὸ δυσκρασίαν, ἔξωθεν μέντοι θερμαινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ξηραινόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ ῥεῦμα, μέχρι τοῦ βάθους μηδέπω διακείμενον ὁμοίως· εἰ δὲ πᾶν ὅλον δι᾽ ὅλου μεταβάλλοι καὶ ἀλλοιωθείη, γενήσεται μὲν εὐθέως ἀνώδυνον, ἐν χαλεπωτέρᾳ δὲ ἂν οὕτω γε διαθέσει κατασταίη. ταῦτα ἀρκεῖν μοι δοκεῖ προεγνῶσθαι τοῖς μέλλουσι τῇ τε περὶ φαρμάκων ἀκολουθήσειν πραγματείᾳ καὶ μετ᾽ αὐτὴν τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου.

vel melancholico humore, alii ex fanguine, vel calido et tenui et bulliente, vel frigido et craffo, vel alio modo affecto fiant; de horum namque fpecialibus differentiis accurate alibi declarabitur. Quod ad praefentem disceptationem pertinet, hoc tantum dixiffe abunde eft, quod qualiscunque fit fluxio, eadem ratione quemque praedictorum affectuum creet, qua prius ex calida et fanguinea phlegmonem gigni monftravimus; quodque etiam fimilarium ac fimplicium primorumque corporum fingula, a fluxione affecta, ad inaequalem intemperiem deveniant; caeterum extrinfecus pro rheumatis ratione, calefacta, refrigerata, ficcata, vel humectata, ad profundum usque nondum fimiliter affecta. Quod fi tota per tota mutata alterataque fint, fiunt quidem illico a dolore libera; in difficiliori tamen fic conftituta funt ftatu. Haec praenoviffe iis qui opus de medicamentis funt percepturi et poft id medendi methodum, abunde mihi fatis videtur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΔΥΣΠΝΟΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ed. Chart. VII. [219.] Ed. Bas. III. (166.)

Κεφ. α'. Ὅτι μὲν ἡ δύσπνοια βλάβη τις τῆς ἀναπνοῆς ἐστιν, ὥσπερ ἡ δυσαισθησία τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἡ δυσκινησία τῆς κινήσεως, ἱκανὸν ἐνδείξασθαι τοὔνομα· πόσαι δὲ τῆς βλάβης διαφοραὶ, καὶ διὰ τίνας αἰτίας γιγνόμεναι, καὶ πῶς ἑκάστην αὐτῶν χρὴ διαγινώσκειν, οὐκ ἐκ τῆς προσηγορίας διδαχθῆναι νῦν ἔστιν, ἀλλ' ἡ φύσις αὐτὴ τῆς ἀναπνοῆς ἐνδείξεται. ταῦτά τοι καὶ διεσπούδασται τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς ἅπασιν ἡ τοῦ κατὰ φύσιν ἐπίγνωσις, ἄλλων τε πολλῶν

GALENI DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBER PRIMVS.

Cap. I. Quod respirandi difficultas respirationis quaedam laesio sit, quemadmodum sentiendi difficultas sensus, et movendi difficultas motus, ipsum nomen sufficienter demonstrat. Quot vero sint laesionis differentiae, et ob quas causas fiant, et quomodo ipsas singulas dignoscere oporteat, non ex appellatione discere nunc datur, sed natura ipsa respirationis indicabit. Ob id sane etiam cognitio ejus, quod secundum naturam est, a veteribus medicis omnibus studiose investigata est, cum ob alia multa tum

Ed. Chart. VII. [219. 220.] Ed. Baf. III. (166.)

ἕνεκα καὶ τῆς ἐν τοῖς παρὰ φύσιν ἐνδείξεως οὐχ ἥκιστα. ἐπειδὴ γὰρ ἕν μέν τι τὸ κατὰ φύσιν καὶ οἷον κανὼν καὶ μέτρον καὶ ὅμοιον ἑαυτοῦ, ποικίλον δὲ καὶ ἀνόμοιον καὶ πολυειδὲς τοῖς σφάλμασιν τὸ παρὰ φύσιν, ὡς κινδυνεύειν ἄπειρον μὲν τῷ πλήθει, τῇ τέχνῃ δὲ ἀπεριόριστον ὑπάρχειν, ἀδύνατον ἔδοξε περιλαβεῖν ὅροις τισὶ τὴν ἀπειρίαν αὐτοῦ, χωρὶς τῆς τοῦ κατὰ φύσιν γνώσεως. ἐπειδὴ γὰρ ἕν ἐστι τοῦτο καὶ χρηστὸν τῷ [220] ζώῳ, δῆλον ὡς καὶ σύμμετρον· εἰ δὲ τοῦτο σύμμετρον, ἄμετρον ἂν εἴη τὸ παρὰ φύσιν· εἰ δὲ ἄμετρον, διττὸν μὲν τῷ γένει πάντως· ἢ γὰρ ἐλλείπει τι τοῦ κατὰ φύσιν, ἢ ὑπερβάλλει· τοσαύτας δὲ ἐν αὐτῷ διαφορὰς ἕξει τὰς κατὰ μέρος, ὅσας περ ἂν οἷόν τε ᾖ δέξασθαι τὸ πρᾶγμα κατὰ τάς θ' ὑπερβολὰς τοῦ μετρίου καὶ τὰς ἐλλείψεις. δέχεται δὲ τὸ μὲν ἁπλοῦν διττὰς, τὸ δ' ἐκ πλειόνων σύνθετον διπλασίας κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν συνθέντων αὐτό. εἰ μὲν οὖν ἕν τι καὶ ἁπλοῦν ἐστιν ἡ ἀναπνοὴ, διττὰς μὲν ἕξει

nihilo minus indicationis eorum quae praeter naturam funt gratia. Quandoquidem enim unum eft id quod fecundum naturam eft atque id velut regula et menfura et fibi ipfi fimile exiftit, varium autem et diffimile et multiplici errore involutum eft quod praeter naturam, adeo ut propemodum fequatur multitudine effe infinitum, arte vero incomprehenfibile: vifum eft impoffibile effe, ejus immenfitatem certis terminis comprehendere, citra cognitionem ejus quod fecundum naturam eft. Quum enim unum fit hoc et animali commodum, palam eft etiam effe commoderatum. Si vero hoc commoderatum eft, incommoderatum utique fuerit id quod praeter naturam eft. Si vero incommoderatum, duplex quidem omnino genere eft; aut enim deficit quodammodo ab eo quod fecundum naturam habet, aut excedit. Tot autem in feipfo particulares differentias habebit, quot poteft ipfa res fuscipere circa commoderati exceffus et defectus. Suscipit autem fimplex quidem duplices, compofitum vero ex pluribus duplo plures numero quam ea quae ipfum componunt. Si igitur unum quiddam et fimplex fit refpiratio, duplices quidem habebit ametrias,

τὰς ἀμετρίας, διττὰς δὲ τῷ γένει τὰς δυσπνοίας· εἰ δ᾽ οὐχ ἕν, τὰς διαφορὰς ἕξει διπλασίας τὸν ἀριθμὸν τῶν συνθέντων αὐτό. εἰ μὲν οὖν αὕτη σαφής τε ἅμα καὶ σύντομός ἐστιν ἡ διδασκαλία, μακρὰ δικαίως ἡ παρὰ ταῦτα.

Κεφ. β΄. Καὶ τοίνυν ἐπειδὴ δύο μέν ἐστι τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα μόρια τῆς ὅλης ἀναπνοῆς, εἰσπνοή τε καὶ ἐκπνοὴ, δύο δ᾽ ἄλλα κατὰ συμβεβηκὸς αἱ μεταξὺ τούτων ἡσυχίαι, ἐν τέσσαρσιν ἂν οὕτω τοῖς πᾶσιν ἡ περὶ δυσπνοίας γίνεται σκέψις. ὥστε πάντως δεήσει τινὶ τῶν εἰρημένων, ἢ τισιν, ἢ καὶ πᾶσιν ἅμα πλημμελεῖσθαί τε καὶ διαφθείρεσθαι τῆς κατὰ φύσιν ἰδέας εἰς δυσπνοίας γένεσιν. ὀνομάζειν δὲ σαφοῦς ἕνεκα διδασαλίας οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ἁπλῆν μὲν δύσπνοιαν, ἥ τις ἂν ἓν μόριον ἑκάστοτε τῆς ὅλης ἀναπνοῆς καταλαμβάνει, σύνθετον δὲ τὴν ἐν πλείοσι συνισταμένην. ἀλλ᾽ ἐπεὶ δεύτερόν ἐστιν ἀεὶ τὸ σύνθετον τῶν ἁπλῶν, κατὰ λόγον ἂν εἴη πρότερον περὶ φύσει προτέρων ποιήσασθαι τὸν λόγον, ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν ἁπλῶν δυσπνοιῶν ἄρξασθαι. ἐπειδὰν δὲ

duplices etiam genere respirandi difficultates. Si vero non unum, differentias habebit duplo plures numero quam ea, quae ipsum componunt. Itaque si manifesta simulque concisa haec est doctrina, merito longa censetur quae ab his discedit.

Cap. II. Itaque quum duae quidem sint primae et praecipuae totius respirationis partes, inspiratio et expiratio, duae vero aliae per accidens interjectae quietes; in quatuor sane his universa consideratio de respirandi difficultate consistit. Quare oportebit omnino in praedictorum aliquo aut pluribus, aut simul omnibus aberrare et vitiari ab ea, quae secundum naturam est, specie, ut fiat respirandi difficultas. Verum manifestioris doctrinae gratia non deterius fuerit simplicem appellare respirandi difficultatem, quae unam totius respirationis partem singulatim occupat; compositam vero, quae in pluribus consistit. At quum posterius sit semper compositum simplicibus, rationi consentaneum fuerit, de iis, quae natura priora sunt, prius sermonem facere; quare et a simplicibus respirationis difficultati-

ταύτας αὐτάρκως διέλθωμεν, μετὰ ταῦτα ἐπαλλάττοντες τάς τε κινήσεις καὶ τὰς ἡσυχίας κατ' ἀλλήλας τε καὶ καθ' ἑαυτὰς, οὕτω τὰς συνθέτους ἐξευρήσομεν. τίνες οὖν εἰσιν αἱ κατὰ φύσιν αἰτίαι τῆς ἔσω τε καὶ ἔξω φορᾶς τοῦ πνεύματος, καὶ τίνες ἑκατέρας τῶν ἡσυχιῶν; ταυτὶ γὰρ ἦν τὰ πάντα μόρια τῆς ἀναπνοῆς. ἐπειδὴ δύο μὲν ἐξ ὧν εἴπομεν μορίων κινήσεις εἰσὶν, ἡ ἔξω καὶ ἔσω φορὰ τοῦ πνεύματος, δύο δὲ διορίζουσαι ταύτας ἠρεμίαι, γένεσις δὲ ταῖς μὲν κινήσεσι σύνθετος, ταῖς δ' ἠρεμίαις ἁπλῆ, δῆλον ὡς τῶν μὲν πλείους ἀμετρίαι, τῶν δ' ἡσυχιῶν διτταὶ γενήσονται. αὗται μὲν γὰρ οὖσαι ἁπλαῖ τοῦ χρόνου τῷ ποσῷ τὰς διαφορὰς ἴσχουσι μόνῳ· αἱ κινήσεις δ' οὐ ταύτῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ποσῷ τοῦ διαστήματος καθ' οὗ φέρονται διοίσουσιν. ὥστ' ἔσονται διτταὶ μὲν ἀμετρίαι αὐτῶν, καθὰ καὶ τῶν ἡσυχιῶν ἑκάτεραι, τοῦ χρόνου τῷ ποσῷ διαιρούμεναι, καθ' ἃς ἤτοι ταχεῖαι ἢ βραδεῖαι λεχθήσονται· διτταὶ δ' ἄλλαι τῷ ποσῷ τῆς διαστολῆς τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων διαφέρουσαι, καθ' ἃς ἤτοι

bus initium sumere. Ubi vero has sufficienter explicaverimus, postea vicissim permutantes tum motus tum quietes et mutuo et inter se, ita et compositas inveniemus. Quae igitur sunt naturales causae lationis spiritus foras et intro *meantis?* quae etiam utriusque quietis? hae enim erant omnes respirationis partes. Quandoquidem duo ex his quas diximus partibus, motus sunt, latio spiritus foras et intro *meantis*, duae vero hos distinguunt quietes; generatio autem motibus quidem composita, quietibus vero simplex est; conspicuum plane est illorum ametrias plures, quietum vero geminas fieri. Hae namque simplices existentes, sola temporis quantitate differentias habent; motus vero non hac solum, sed et quantitate spatii localis per quod feruntur, differunt. Itaque geminae quidem erunt ametriae ipsorum, quemadmodum etiam quietum, utraeque temporis quantitate divisae, quibus aut celeres aut tardi appellabuntur; duae autem aliae quantitate dilatationis spirabilium organorum differentes, quibus ipsos aut magnos aut parvos ap-

μεγάλας ἢ μικρὰς αὐτὰς ὀνομάζουσιν. εἴπερ γὰρ ἀχώριστα πάσης ἐστὶ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως ὅ τε χρόνος ἐν ᾧ κινεῖται τὸ κινούμενον καὶ τὸ διάστημα καθ' οὗ φέρεται, διὰ μὲν τὸν χρόνον ταχέως μὲν καὶ βραδέως ἐροῦμεν γίνεσθαι [221] τὴν κίνησιν, διὰ δὲ τὸ διάστημα πολὺ καὶ ὀλίγον. ἀλλὰ τήν γε διαστολὴν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων οὐκ ὀλίγην καὶ πολλὴν, ἀλλὰ μικρὰν καὶ μεγάλην ὀνομάζειν ἔθος, ὥσπέρ γε καὶ τὴν συστολήν· ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν κινήσεων. ὥσπερ (167) δὲ κινήσεως ἴδια τάχος καὶ βραδύτης, οὕτω καὶ τοῦ ποσοῦ τῶν διαλειμμάτων ἀραιότης καὶ πυκνότης. πυκνὰς γοῦν τὰς ἀμπέλους ἢ τὰς ἐλαίας ἢ ὁτιοῦν ἄλλο τοιοῦτον φυτεύεσθαι λέγομεν, ὅταν τὸ βραχύτατον διάστημα αὐτῶν δηλῶσαι βουληθῶμεν· οὕτω δὲ καὶ ἀραιὰς, ὅταν πολὺ τὸ ἐν μέσῳ τῶν πεφυτευμένων σωμάτων ᾖ, καὶ καθόλου φάναι πάντα τὰ ἐκ πλειόνων διωρισμένων συγκείμενα τούτοις χρῆται τοῖς ὀνόμασιν. ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ ἀναπνοὴ σύνθετός ἐστιν ἐξ ἐναντίων κινήσεων ἡσυχίαις διωρισμένων, πυκνὴν αὐτὴν ἐργάζεται τὸ βραχὺ τῶν ἡσυχιῶν,

pellant. Siquidem enim inſeparabilia ſunt ab omni locali motu, tum tempus in quo movetur id quod movetur, tum ſpatium per quod movetur; ob tempus quidem celeriter aut tarde motum fieri dicemus, ob ſpatium vero multum et modice. Verum dilatationem ſpirabilium organorum non modicam et multam, ſed parvam et magnam nominare conſuevimus, veluti etiam contractionem; eadem enim ratio utriusque motus exiſtit. Quemadmodum autem motui propria ſunt celeritas et tarditas, ita et quantitati quietum raritas et denſitas. Denſas namque vites et oleas aut quodcunque tandem hujusmodi plantari dicimus, quum breviſſimum ſpatium ipſorum diſtantiae indicare volumus: ſic et raras, quum multus locus in medio plantatorum corporum fuerit relictus. Et ut in ſumma dicam, omnia ex pluribus diſtinctis compoſita haec nomina uſurpant. Quum igitur et ipſa reſpiratio ex contrariis motibus per quietes diſtinctis compoſita ſit, denſam ipſam reddet brevitas quietum,

ἀραιὰν δὲ τὸ μακρόν. αὗται μὲν οὖν πᾶσαι δυσπνοίας ἁπλαῖ διαφοραὶ καὶ ταῦτ᾽ αὐτῶν τὰ ὀνόματα, τοῖς τε ἄλλοις παλαιοῖς συνήθη καὶ Ἱπποκράτει. εἰ δέ τις ἑτέρως ὀνομάζειν ἐθέλει, καθάπερ ἤδη τινὲς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, οὐδὲν ἡμῖν διαφέρει· πλὴν ἴστω γε οὗτος μήτε τοῖς Ἱπποκράτει συνήθεσι μήτε τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς μήθ᾽ ὅλως τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ὀνόμασι χρησάμενος· ἀλλ᾽ εἰ καὶ τούτων καταφρονοίη, μήτε κυρίως μήτε σαφῶς ἑρμηνεύων. εἰ μὲν γὰρ ἓν ὄνομα κατ᾽ ἀμφοῖν φέρει, τῆς τε κινήσεως καὶ τῆς ἡσυχίας, ἤτοι τὸ τάχος μόνον ἢ τὴν πυκνότητα, καὶ αὖθις ἐπὶ τῶν ἐναντίων ἢ τὴν βραδυτῆτα μόνον ἢ τὴν ἀραιότητα, τοῖς ἑτέροις μηδόλως χρώμενος, ἀσαφείας ἄντικρυς ὁ τοιοῦτος ἐπιθυμεῖ. πολὺ γὰρ, οἶμαι, σαφέστερον, ἓν ἑκατέρῳ τῶν πραγμάτων ὄνομα θέμενον ἴδιον, ἐκεῖνο καλεῖν διαπαντὸς, εἰδότα γε ὡς τὰ κοινὰ τῶν ὀνομάτων οὐδὲν μᾶλλόν γε τὸ ἕτερον τούτων δηλοῦντα, συγχεῖ καὶ ταράττει τὸν ἀκροατὴν, ὡς μὴ γνῶναι, τί ποτ᾽ ἐστὶ τὸ λεγόμενον, πρὶν διαστείλασθαι τὴν ὁμωνυμίαν·

raram vero longitudo. Hae igitur universae sunt simplices spirandi difficultatis differentiae et haec ipsarum nomina, tum priscis aliis medicis tum Hippocrati in usum recepta. Si quis vero aliter appellare velit, quemadmodum jam quidam ex recentioribus medicis solent, nostra nihil interest. Verum sciat hic se neque Hippocrati familiaribus neque aliis veteribus, imo nec aliis omnino Graecis usurpatis nominibus uti; quod si vero et hos contemnat, neque proprie neque perspicue *res* interpretari. Si namque unum nomen ambobus tribuat, et motui et quieti, sive celeritatem solam sive densitatem et rursum in contrariis sive tarditatem solam sive raritatem, reliquis in totum non utatur, obscuritatem palam hic affectat. Multo enim clarius esse opinor, utrique rei seorsim unum nomen ipsique proprium imponere, eoque perpetuo uti, scientem communia nomina, quae alterum non magis quam alterum significant, auditorem confundere et perturbare, ut non cognoscat, quid sit tandem quod dicitur, priusquam aequivocatio distinguatur.

εἰ δὲ ἓν μὲν ἑκατέρῳ τῶν πραγμάτων ἐπιφέρει τις ὄνομα, μὴ ὡς ἡμεῖς μέντοι διείλομεν, ἀλλ' ὑπεναντίως, τάχος μὲν καὶ βραδυτῆτα κατὰ τῶν ἡσυχιῶν, ἀραιότητα δὲ καὶ πυκνότητα κατὰ τῶν κινήσεων, οὐκ οἶδ' ὅ τι βούλοιτ' αὐτῷ τοῖς ἀκύροις τε καὶ ἀήθεσιν ὀνόμασι πρὸ τῶν κυρίων τε καὶ δι' ἔθους χρῆσθαι. ὅτι γὰρ καὶ οἱ νῦν ἅπαντες ἄνθρωποι καὶ οἱ παλαιοὶ βραδυτῆτα καὶ τάχος οὐδενὸς ἄλλου κατηγοροῦσι, πλὴν τῶν κινουμένων, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. τί ποτ' οὖν σοφὸν ἀπειργασμένον ἔσται τῷ μετατιθέντι τὴν τῶν ὀνομάτων χρῆσιν εἰς τοσοῦτον, ὡς τὰς ἡσυχίας τοῖς τῶν κινήσεων προσαγορεύειν ὀνόμασιν; τί δὲ σοφὸν, εἰ τὰ τῶν διαλειμμάτων ὀνόματα ταῖς ἐνεργείαις ἐπιφέρει; ὡς γὰρ καὶ τὰς ἀμπέλους πυκνὰς καὶ τὰς ἐλαίας, ὅταν ὀλίγον ἔχωσι τὸ μεταξὺ διάστημα, λέγομεν, ἀραιὰς ὀνομάζοντες, εἰ πλέον εἴη, οὕτω τὰς τῶν ζώων ἐνεργείας τὰς μὲν δι' ὀλίγου χρόνου γινομένας πυκνὰς, ἀραιὰς δὲ τὰς διὰ πολλοῦ καλοῦμεν. εἰ δέ τις, ὡς ἔφην, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἑτέρως ὀνομάζειν ἐθέλει, μήθ' Ἱπποκράτει μήτε τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς μήθ' ὅλως τοῖς Ἕλλησιν ἑπόμενος, ἀλλὰ

Si vero unum quidem utrique rei quis imponat nomen, non vero quo nos diſtinximus modo; ſed vice verſa celeritatem quidem et tarditatem tribuat quietibus, raritatem vero et denſitatem motibus, haud ſcio quid ſibi velit per impropriorum et inconſuetorum nominum uſum, quae pro propriis et conſuetis inducit. Quod enim omnes, qui nunc vivunt homines atque etiam antiqui tarditatem et celeritatem de nulla alia re praedicent, praeterquam de iis quae moventur, nemo ignorat. Quid ſapiens itaque fecerit, qui nominum uſum adeo permutarit, ut quietes motuum nominibus appellet? quid ſapienter factum, ſi quietum nomina actionibus imponat? Quemadmodum enim et vites et oleas denſas, ubi modicum interjectum eſt intervallum, dicimus, raras nominantes, ſi amplior interſit: ſic animalium actiones, quae modico tempore interjecto fiunt, denſas, quae multo, raras appellamus. Quod ſi quis, ut dixi, non ita, ſed aliter nominare velit, neque Hippocratem neque alios veteres neque omnino Graecos ſequi dignatus, imo nec manifeſtae

μηδὲ τοῦ σαφοῦς τῆς ἑρμηνείας φροντίζων, ἐκείνῳ μὲν ἐπιτρεπτέον νικᾷν νίκην Καδμείαν.

Κεφ. γ'. [222] Τοῖς δ' ἄλλοις, ὅσοι τῶν μὲν ὀνομάτων εἰς τοσοῦτον φροντίζουσιν, ὅσον αὐτῶν εἰς διδασκαλίαν χρηστὸν, ἅπασα δ' αὐτοῖς ἡ σπουδὴ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐξευρεῖν ἀλήθειαν, ἤδη διαλεξώμεθα περὶ ὧν ἐξ ἀρχῆς γράφειν προὐθέμεθα. τῆς ἀναπνοῆς τῷ μὲν γένει κινήσεως οὔσης, συγκειμένης δὲ ἐκ δυοῖν μορίων ἐναντίων ἀλλήλοις, ὧν τὸ μὲν εἰσπνοὴν, τὸ δὲ ἐκπνοὴν ὀνομάζομεν, ἀλλὰ καὶ δύο ἄλλα κατά τι συμβεβηκὸς ἐχούσης οὐχ ὅμοια, τὰς καλουμένας ἠρεμίας τε καὶ ἡσυχίας, αἱ βλάβαι γίνονται, περὶ μὲν τὰς κινήσεις εἰς τάχος καὶ βραδυτῆτα καὶ μέγεθος καὶ σμικρότητα· περὶ δὲ τὰς ἡσυχίας εἰς ἀραιότητα καὶ πυκνότητα· καὶ παρὰ ταύτας οὐκ ἂν εὕροις ἁπλῆν ἄλλην δυσπνοίας διαφοράν. ἡ γὰρ τῆς διαιρέσεως μέθοδος οὕτως ἐνδείκνυται.

Κεφ. δ'. Λοιπὸν δ' ἂν εἴη τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐξευρόντας ἐπὶ τὰς συνθέτους αὖθις τρέπεσθαι. τίς οὖν αἰτία

interpretationis curiofus, illi permittendum eft ut Cadmeam victoriam vincat.

Cap. III. Cum caeteris vero, tantam nominum curam habentibus, quantum eorum ad doctrinam eft commodum, et omne ftudium eo dirigentibus, ut in rebus inveniant veritatem, jam differemus de iis quae a principio fcribere inftituimus. Quum refpiratio genere quidem motus fit, fed ex duabus partibus inter fe contrariis compofita, quarum alteram infpirationem, alteram expirationem nominamus; habeatque etiam duas alias per accidens partes non fimiles, quae quietes et ceffationes appellantur; laefiones fiunt circa motus quidem in celeritatem et tarditatem, magnitudinemque et parvitatem; circa quietes vero in raritatem et denfitatem. Et praeter has non reperias fimplicem aliam difficultatis refpirandi differentiam; methodus enim divifionis ita demonftrat.

Cap. IV. Reliquum autem fuerit caufis earum inventis, deinceps ad compofitas transire. Quae igitur eft

ταχείας ἀναπνοῆς καὶ βραδείας καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ κἀνταῦθα μεθόδῳ χρῆναι ζητεῖν αὐτὰς, οὐχ ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι. τίς οὖν ἡ μέθοδος; ἐπειδὴ πρὸς τῶν αὐτῶν ἕκαστον ἢ χεῖρον ἢ βέλτιον γίνεται, πρὸς ὧνπερ ὅλως γίγνεσθαι πέφυκεν, ἐὰν εἰδῶμεν ὑπὸ τίνων αἰτίων ἀναπνοὴ γίγνεται, γνωσόμεθα δηλονότι καὶ τὰς δυσπνοίας αἰτίας. τίνες οὖν αἰτίαι τῆς ἀναπνοῆς; ἔχεις μὲν αὐτὰς ἑτέρωθι μετ᾽ ἀποδείξεως γεγραμμένας· νῦν δ᾽ ἀρκεῖ τῶν κεφαλαίων ἀναμνησθῆναι μόνον. ἡ μὲν δύναμις ἡ ψυχικὴ κινεῖ τὸν θώρακα, τῷ δὲ ὁ πνεύμων συγκινεῖται, ταῖς τούτου δ᾽ ἕπεται κινήσεσι, διαστελλομένου μὲν εἰσπνοὴ, συστελλομένου δὲ ἐκπνοή. δέδεικται δ᾽ ἐν ἐκείνοις καὶ ὡς ἡ χρεία τῆς ἀναπνοῆς ἡ μεγίστη μὲν καὶ κυριωτάτη φυλακὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐστὶν, ἤδη δὲ καὶ τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος θρέψις. οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, ἐπειδὰν μὲν ἡ δύναμίς τε καὶ ἡ χρεία καὶ τῶν ὀργάνων ἕκαστον εὐπραγῇ, νόμῳ φύσεως ἀναπνεῖ τὸ ζῶον· ἐπειδὰν δέ τι πάθῃ, κατ᾽ ἐκεῖνο καὶ τὴν ἀναπνοὴν ἀναγκαῖον

causa celeris et tardae respirationis et uniuscujusque reliquarum? Mihi quidem etiam hic methodo ad earum inquisitionem utendum videtur, et non simpliciter enunciandum. Quae est igitur methodus? Quum unumquodque ab iisdem pejus aut melius reddatur, per quae omnino fieri solet, si sciverimus a quibus causis respiratio fiat, sciemus nimirum et respirandi difficultatis causas. Quae igitur sunt respirationis causae? Habes quidem ipsas alibi cum demonstratione conscriptas; nunc vero capitum tantum recordari suffecerit. Facultas quidem animalis movet thoracem; cum hoc simul pulmo movetur; ad hujus vero motus, ubi dilatatur, sequitur inspiratio; ubi contrahitur, expiratio. Demonstratum etiam ibidem est, maximum quidem et principalissimum respirationis usum esse insiti caloris conservationem, jam vero et animalis spiritus nutritionem. His itaque sic habentibus, quum et facultas et usus et unumquodque organum recte ac prospere habuerint, naturae lege animal respirat; quum vero quid ex eis vitiatum fuerit, il-

θῶν μὲν τῶν ἀναπνευστικῶν μεινάντων, καὶ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας, ἐκ δὲ τῶν κατωτέρω μερῶν αὖθις ὁρμωμένου τοῦ καύσου· εἰκότως οὖν αὐτοῖς οὔθ᾽ ὥσπερ οἷς ἐν πνεύμονί τε καὶ καρδίᾳ πλῆθος ἤθροιστο θερμασίας πυρώδους, ἐγένετο μέγα τὸ πνεῦμα, μικρόν τ᾽ οὐκ ἦν παντάπασιν, ὡς μήτ᾽ ὀδυνωμένοις μήτε κατεψυγμένοις. εἴπερ οὖν τὸ μετέωρον οὐδὲν τοῦ μικροῦ διαφέρον δηλοῖ, κατὰ λόγον αὐτοῖς φησι τὰ πνεύματα μετέωρα γίγνεσθαι, οὐ μὴν πάνυ γε. μετὰ δὲ ταύτην τὴν κατάστασιν οὐδεμιᾶς ἐν τοῖς ἐφεξῆς δυσπνοίας ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης, ἄχρι τῆς ῥήσεως ἐκείνης ἣν πρώτην παρεθέμην ἁπάντων ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ γράμματος, ἣ ἄρχεται τόνδε τὸν τρόπον· πνεύματα πυκνὰ σμικρὰ, μεγάλα ἀραιά. ταύτην δὲ σύμπασαν ἐξηγήσασθαι φθάνω. τῆς οὖν ἐφεξῆς αὐτῷ γεγραμμένης δυσ[288]πνοίας ἐπὶ ἀῤῥώστου τινὸς, οὗ τὸ ὄνομα Σκόπος, εἴη ἂν ἤδη μνημονεύειν καιρός· ἔχει δ᾽ ἡ τοῦ παλαιοῦ λέξις ὧδε· πνεῦμα δὲ ὑπόπυκνον, ὑποχόνδρια ἤλγει, καὶ ἀναπνέων, καὶ στρε-

fuiſſe, ita ut ſpirabilia organa illaeſa permanſerint, itemque ipſum os ventriculi, ſed ex inferioribus partibus initium impetus ſui ſumpſerit ardens febris. Merito igitur ipſis neque magnus ſpiritus factus eſt, quemadmodum his fit, quibus in pulmone et corde febrilis caloris multitudo collecta eſt; neque parvus omnino fuit, ut qui nec dolerent, nec perfrigerati eſſent. Si parvus igitur et ſublimis nihil diverſum ſignificant, jure utique ſublimes ſpiritus ipſis ſactos eſſe dicit, non tamen valde. Poſt hanc vero conſtitutionem nullius deinceps difficilis reſpirationis Hippocrates mentionem fecit, usque ad illam dictionem, quam primam omnium principio hujus libri appoſui, cujus initium hoc eſt: *Spiritus parvi denſi, magni rari.* Hanc vero totam jam antea expoſui. Tempeſtivum igitur jam fuerit mentionem facere difficilis reſpirationis in aegroto quodam, cujus nomen Scopus, ab ipſo deinceps conſcriptae. Habet autem ita ſenis dictio: *Spiritus ſubdenſus, hypochondria dolebat, et reſpirans, et cum*

φόμενος. φαίνεται δὴ καὶ οὗτος ὁ ἄῤῥωστος μαρτυρῶν τοῖς πολλάκις ὑφ' ἡμῶν προειρημένοις· ἐπεὶ γὰρ τὰ ὑποχόνδρια τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις συνῆπται, διὰ τοῦτο ὀδυνωμένων αὐτῶν ὑπόπυκνον ἦν τὸ πνεῦμα. ταυτὶ μὲν οὖν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἴδη δυσπνοίας ἔγραψεν. ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ πρῶτον μὲν μέμνηται τῆς Νικοστράτου γυναικὸς, τῆς ἐν Κρανῶνι, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐχούσης τὸ πνεῦμα· δεύτερον δὲ τῆς Ἀντιγένους, ἀσθματώδους οὐχ ὑπόγυιον τότε γενομένης, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς οὔσης, ὥστε καὶ βήττειν ἀεί· περὶ μὲν δὴ ταύτης οὐδ' ἓν ἂν εἴη ζήτημα· περὶ δὲ τῆς ἐν Κρανῶνι, τῆς Νικοστράτου γυναικὸς, διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ προσθεῖναι τὸ μικρὸν καὶ πυκνὸν πνεῦμα, διότι παρεφρόνησεν. εἴρηται γὰρ ἤδη πολλάκις, ὡς τοὐναντίον τὸ ἀραιὸν καὶ μέγα πνεῦμα παραφροσύνης ἐστὶν ἴδιον· ὥστε ἄξιον ζητῆσαι, διὰ τί τουτὶ μὲν οὐκ ἐγένετο, τὸ δ' ἐναντίον αὐτῷ τὸ τῶν ἀλγημάτων ἴδιον, τὸ μικρὸν καὶ πυκνόν. οὐδὲ γὰρ προσέθηκεν ἐν τῇ διηγήσει τῆς ἀῤῥωστίας, γενέσθαι τινὰ ὀδύνην οὐδενὸς τῶν μορίων, ἀλλ' οὐδ' ὄγκον

vertebatur. Apparet autem et hic aeger testimonium praebere iis, quae multoties a nobis sunt dicta. Quum enim hypochondria cum spirabilibus organis conjuncta sint, ob id ipsum sane dolentibus ipsis subdensus spiritus erat. Atque haec quidem difficilis respirationis genera in secundo epidemiorum scripsit. In quarto vero primum meminit uxoris Nicostrati in Cranone, quae parvum et densum spiritum habuit; deinde uxoris Antigenis, anhelae non nuper factae, sed a principio existentis, ut et tussiret semper; et de hac sane nulla quaestio fuerit. Verum de uxore Nicostrati in Cranone ob id mihi videtur parvum et densum spiritum apposuisse, quod deliraverit. Dictum enim jam saepe est, quod contrarius, hoc est rarus et magnus spiritus, delirii proprius existat. Quare quaestione omnino dignum est, cur hic quidem non fieret, verum ipsi contrarius, qui dolorum proprius est, parvus videlicet et densus. Neque enim in narratione morbi, ullius partis dolorem ullum factum esse

ἐπίσημον οὔτε καθ' ὑποχόνδριον οὔτε κατὰ θώρακα. τί δὴ οὖν ἐστι τὸ γινόμενον; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ διττή τις ἰδέα νοσήματος συστῆναι περὶ τὸ γύναιον ἀπὸ διττῆς ἀρχῆς· ἐν μὲν γὰρ τῷ παραφρονῆσαι καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὸ στόμα καὶ τὴν ῥῖνα παρασπασθῆναι δῆλον ὡς ἐν τῇ κεφαλῇ τις ὑπόθεσις αὐτῇ νοσήματος ὑπῆρχεν· ἐκ δὲ τοῦ τὸν σῖτόν τε ἐγκατακλεισθῆναι μέχρι δεκάτης ἡμέρας καὶ τοῖς οὔροις ὀροβοειδῆ γενέσθαι τὴν ὑπόστασιν, οὐ μικρὰν ἐν ἥπατι νομίζω γενέσθαι φλεγμονὴν, ἐφ' ἧς τὴν ἄνωθεν διάθεσιν νικηθεῖσαν οὐ δυνηθῆναι καθ' ἑαυτὴν τυπῶσαι τὴν ἀναπνοήν. εἴρηται γὰρ οὖν καὶ πρόσθεν ἤδη πολλάκις, ὡς κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν διάθεσιν ἡ τῆς δυσπνοίας ἰδέα σχηματίζεται. δηλοῖ δ' οὐχ ἥκιστα τῆς παραφροσύνης τὸ βραχὺ καὶ ἡ λέξις αὐτὴ τοῦ παλαιοῦ. παραλέγειν γοῦν αὐτὴν εἶπεν· εἴωθεν δὲ τῷ τοιούτῳ ῥήματι χρῆσθαι μικρὰν ἐνδείξασθαι βλάβην βουλόμενος, ὡς καὶ τοῦτ' ἀποδέδεικται πολλάκις. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, ἐπὶ βραχὺ μὲν αὐτῆς παραφρονούσης, ἰσχυρῶς δὲ φλεγμανθείσης κατὰ τὸ ἧπαρ, οὐ

addidit, fed neque tumorem notabilem circa hypochondrium aut thoracem. Quid igitur eft factum? Mihi equidem videtur duplex morbi fpecies huic mulierculae a duplici principio conftitiffe. In eo enim, quod defipuit et collum et os et nafum convulfa habuit, manifeftum fit, quod in capite caufa aliqua ipfius morbi extiterit; ex eo vero, quod cibus intus conclufus usque ad decimum diem fuerit et in urinis orobea fedimenta, non parvam in hepate factam effe inflammationem exiftimo, per quam fuperna affectio victa non potuerit fecundum feipfam refpirationis fpeciem effingere. Dictum enim eft et jam antea faepe, ex vincente affectione ipfam fpirandi difficultatis fpeciem formari. Indicat autem non minime ipfius delirii parvitatem et ipfa fenis dictio; aliena enim loqui ipfam dixit. Solet autem hujusmodi verbo uti, ubi parvam laefionem vult indicare; quemadmodum et hoc faepe demonftratum eft. Nil igitur mirum, parum quidem illa defipiente, forti vero inflammatione hepar oc-

τὴν τῆς παραφροσύνης, ἀλλὰ τὴν τῆς φλεγμονῆς οἰκείαν ἀπαντῆσαι δύσπνοιαν. οὕτω μὲν δὴ καὶ περὶ τούτων ἔχει.

Κεφ. ιβ'. Τί δ' ὅταν εἴπῃ, πνευματώδη τινὰ γενέσθαι, χρὴ δέχεσθαι; πότερον ὃν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων πνευματίαν ἐκάλεσεν; ἢ τὸν πεπνευματωμένον τὴν γαστέρα; τί δέ ἐστιν ὁ πνευματίας, ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων αὐτὸς ἐξηγήσατο σαφέστατα. προειπὼν γὰρ, ὡς ταχέως πνευματίαι γίνονται, συνάπτων εὐθὺς ἐπιφέρει· ὑπὸ δὲ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος. τοῦτο μὲν δὴ καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς ἐξηγησάμην ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ· τὸ δ' ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐπισκεπτέον, αὐτὴν ὑπογράψαντας τὴν ῥῆσιν ἔχουσαν ὧδε· ὁ ἐκ τῶν μετάλλων· ὑποχόνδριον δεξιὸν ἐντεταμένον, σπλὴν μέ[289]γας, κοιλίη ἐντεταμένη, ὑπόσκληρος, πνευματώδης, ἄχροος. ἐγχωρεῖ γὰρ ἑκάτερον, καὶ δύσπνουν αὐτὸν γεγονέναι, διὰ (τε) τὰς ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις διαθέσεις, καὶ πνευματωθῆναι τὴν γαστέρα.

-cupante, non defipientiae, fed inflammationi propriam refpirandi difficultatem eveniffe. Atque ita fane de his habet.

Cap. XII. Quid vero quum *pneumatodem* aliquem factum effe dicit, intelligere oportet? Num eum quem in libro de victu acutorum pneumatiam vocavit? An eum, qui ventrem inflatus eft? At vero quis fit pneumatias, in libro de victu acutorum ipfe manifeftiffime expofuit; quum praedixiffet enim, *cito pneumatiae fiunt;* ftatim fubjungens infert: *A denfo vero ac multo fpiritu.* Atque hoc fane etiam ftatim in principio hujus libri expofui. Caeterum quod in quarto epidemiorum habetur, confiderandum eft, ipfa dictione fubfcripta, quae hoc modo habet: *metallicus; hypochondrium dextrum intentum, fplen magnus, alvus intenta, fubdura, pneumatodes, decolor.* Poffibile eft enim utrumque, et difficulter fpirantem ipfum factum effe ob hypochondriorum affectiones, et ventrem item in-

πολὺ δ' ἔτι μᾶλλον ἀσαφὴς ὁ ἐφεξῆς ἄῤῥωστος, ἔχων ὡδί· ὁ Τιμαίνεω εἶχέ τι πνεύματος, ὡς ὠχρῶδες εἶναι. καὶ γὰρ καὶ τούτῳ πάνυ τις ἦν ἥπατος κακοπραγία, δι' ἣν ἐνεχώρει δυσπνοεῖν αὐτὸν, καὶ πνευματοῦσθαι τὴν γαστέρα· τὸ γὰρ ὠχρῶδες χρῶμα κακοπραγοῦντος ἥπατος γνώρισμα. τὸ δ' ἐφεξῆς λεγόμενον ὡδί· ὁ τῆς λεχοῦς ἀνὴρ, ὁ παρὰ Σιτοδόκῳ, ἰκτεριώδης, πρὸς ὃν ἑβδομαῖον εἰσῆλθον, ὀγδόη ἀπώλετο, οὔτε οὐρέων οὔτε διαχωρέων· ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σκληρὰ, καὶ πνεῦμα πυκνόν· οὐδὲ ζήτημ' ἔχει. σκληρῶν γὰρ οὐ μετρίως καὶ μεγάλων τῶν ὑποχονδρίων γενομένων, εὔλογον πυκνὸν εἶναι αὐτῷ τὸ πνεῦμα. ἀσαφὲς δὲ τελέως ἐστὶ τὸ τούτου συνεχὲς ἐπὶ τῆς λεχοῦς εἰρημένον ὧδε· διαίροντος δὲ τοῦ πυρετοῦ, πνεῦμα οὐκ ἐλύθη. τί γὰρ εἶδος εἶχε δυσπνοίας, οὔτ' αὐτὸς ἐδήλωσε σαφῶς οὔτέ τι σύμπτωμα ἄλλο τοιοῦτον ἔγραψεν, ἐξ οὗ τεκμαίροιτ' ἄν τις τὴν γενομένην αὐτῇ διάθεσιν. καὶ μέντοι καὶ μετὰ ταύτην οὐκ ὀλίγον προελ-

flatum fuiffe. Multo vero obfcurior eft, qui deinceps fequitur aegrotus, fic habens: *Timaenei filius habuit quid fpiritus, ut viridantis palloris effet.* Nam et huic quaedam valde mala hepatis affectio aderat, ob quam et difficulter fpirare ipfum poffibile erat, et ventrem item inflari. Color enim viridantis palloris male affecti hepatis fignum eft. At quod deinceps ab eo dicitur hoc modo: *Maritus puerperae apud Sitodocum ictericus, ad quem feptimo die ingreffus fum, octavo moriebatur, neque mingens neque deiiciens; hypochondria magna et dura et fpiritus denfus;* nihil quaeftione dignum habet. Duris enim non moderate, et magnis hypochondriis factis, cum ratione denfus ipfi fpiritus erat. Verum penitus obfcurum eft, quod deinceps in ipfius puerperae morbo dictum eft, hoc modo: *Definente autem febre, fpiritus non eft folutus.* Quam enim difficilis refpirationis fpeciem habuerit, neque ipfe manifefte indicavit, neque aliud quodquam ejusmodi fymptoma fcripfit, ex quo quis coniiciat de affectione ipfi facta. Atqui et poft

θὼν ἄρχεται διηγεῖσθαι τόνδε τὸν τρόπον· ἡ Τιμαίνεω πνευματώδης. δύναται μὲν γὰρ δύσπνους ἀκούεσθαι, δύναται δὲ καὶ ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγησαμένων οἴονται λέγεσθαι, ἐμπεπνευματωμένη τὰ ὑποχόνδρια· βέλτιον δὲ δοκεῖ μοι, καὶ ἴσως ἀναγκαῖον, τὴν πεπνευματωμένην τὰ ὑποχόνδρια λέγεσθαι μᾶλλόν περ ἢ δύσπνουν. ὀλίγον οὖν ἐν τῇ διηγήσει προελθὼν, καί τινι εὐπνοωτέρη, φησὶν, ὡς ἂν ἤδη προειρηκὼς ὑπὲρ αὐτῆς δύσπνουν εἶναι, ὅτι δὲ πνευματώδεις, οἷς πυκνόν ἐστι τὸ πνεῦμα, προσαγορεύειν εἴωθεν, εἴρηται μὲν κἀν τοῖς πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ νῦν δῆλον· ἐπὶ τὸ χεῖρον γὰρ αὖθις ἐτέτραπτο τὰ τῆσδε τῆς ἀνθρώπου συμπτώματα, καὶ κατὰ τὴν ἑξκαιδεκάτην ἡμέραν ἀποθανεῖν αὐτήν φησι, πυκνὸν ἔχουσαν τὸ πνεῦμα. καὶ ὁ μετὰ ταύτην δὲ γεγραμμένος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἀνέπνευσε πυκνὸν ἐπὶ τῇ τῶν ὑποχονδρίων διαθέσει, δῆλον ἡ ῥῆσις αὐτὴ ποιήσει, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσα· ὁ παῖς, ὃς ἦν τῆς γυναικὸς τῆς τοῦ Ἀπημάντου ἀδελφῆς, ὑπο-

hanc paululum progressus, in hunc modum narrare incipit: *Timaeni soror pneumatodes.* Potest enim difficulter spirans intelligi, potest etiam quemadmodum interpretum plurimi arbitrantur, inflatis hypochondriis dici. Verum mihi videtur melius esse, et fortassis necessarium, inflatam ad hypochondria dici potius, quam difficulter spirantem; paululum itaque in narratione progressus, *et quodammodo facilius spirans,* inquit, tanquam qui jam praedixisset de ipsa, quod difficulter spirasset. Quod vero pneumatodes appellare soleat eos, quibus densus est spiritus, dictum quidem in superioribus est, sed et nunc manifestum. Rursus enim in deterius mutata sunt hujus mulieris symptomata, et circa decimum sextum diem ipsam mortuam esse ait, *densum spiritum* habentem. Quin et quod post hanc conscriptus aeger etiam ipse densum spiritum habuerit ob hypochondriorum affectionem, ipsa dictio manifestum facit, hoc modo habens: *Puer qui mulieris erat Apoemanti sororis, ilia ma-*

χόνδρια μεγάλα, καὶ σπλὴν, πνεῦμα, διαχώρησις πικρόχολος. ὥσπερ γὰρ πνευματώδεις ἐνίοτε καλεῖ τοὺς πυκνὸν ἀναπνέοντας, οὕτω ποτὲ καὶ ἁπλῶς γράφει, πνεῦμα. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν εἰ μεγάλων ὄντων ὑποχονδρίων, ἐγίγνετο πυκνὸν τὸ πνεῦμα. καὶ γὰρ αὖ καὶ προελθὼν ἐπ' αὐτοῦ πάλιν ἐρεῖ· τὰ ὑποχόνδρια δὲ ἐντεταμένα ἦν, καὶ δὴ καὶ ἦν τι βηχίον ξηρὸν ἡσυχῆ. καθόλου γὰρ, ὡς ἔφαμεν, ἐπειδὰν ἢ ὄγκος, ἢ ὀδύνη τις ἐν τοῖς καθ' ὑποχόνδρια συσταίη, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐξ ἀνάγκης ἀναπνέουσιν. ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν οὐδ' ἐπειδὰν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα, προειπὼν, ὑποχόνδριον ὑπολάπαρον, προσθῇ, πνευματῶδες δὲ οὐ κάρτα. εἰ γὰρ δὴ (198) τὸ μὲν λαπαρὸν κενὸν, τὸ δὲ ὑπολάπαρον ὑπόκενον, ἐπὶ τοσοῦτον δυσπνοήσουσιν, ἐφ' ὅσον αὐτοῖς ἔχει κακῶς τὰ καθ' ὑποχόνδριον. μετρίως οὖν αὐτῶν πεπονθότων, μετρίως δυσπνοήσουσιν· ὥσπερ πάλιν ἐν τοῖς κατωτέρω τοῦ βιβλίου, ὧδέ πως γράφει· τῇ οἰκέτιδι, ἣν νεώνητον ἐοῦσαν κατεῖδον,

gna, et ſplen, ſpiritus, dejectio amarae bilis. Quemadmodum enim pneumatodes aliquando vocat denſum ſpiritum habentes, ſic quandoque etiam ſimpliciter, *ſpiritus,* ſcribit. Nihil vero mirum eſt, ſi magnis exiſtentibus hypochondriis ſpiritus denſus fiebat. Nam etiam rurſus progreſſus de ipſo denuo inquit: *Hypochondria vero intenta erant; et ſane erat etiam tuſſicula modice ſicca.* In univerſum enim ut diximus, quum aut tumor, aut dolor quispiam in partibus hypochondriorum conſtiterit, parvus et denſus neceſſario fit ſpiritus. Quare neque hoc mirum, quod etiam in his, quae poſt haec ſequuntur, cum antea dixiſſet, *hypochondrium ſubmolle,* apponat, *pneumatodes autem non valde.* Si enim molle vacuum, ſubmolle autem ſubvacuum ſignificat, tantum ſane difficulter ſpirabunt, quantum partes hypochondriorum ipſis male habuerint. Moderate itaque ipſis affectis moderate difficulter ſpirabunt. Quemadmodum rurſus inferius eodem libro, ubi in hunc modum ſcribit: *Servulae, quam recens emptam vidi, duri-*

ἢ τὸ σκλήρυσμα ἐν τοῖσι δεξιοῖσιν ἐνῆν μέγα, [290] οὐ κάρτα ὀδυνῶδες· εὐλόγως ἐπάγει, καὶ οὐ πάνυ δύσπνοος. εἴπερ γὰρ τὸ σκλήρυσμα μὴ κάρτα ὀδυνῶδες ἦν, οὐδὲ πάνυ δύσπνουν εἶναι τὴν ἄνθρωπον εἰκὸς ἦν. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν τελευτὴν ἤδη τοῦ βιβλίου περὶ τοῦ πρεσβυτέρου διηγούμενος, εἶτα προειπὼν, παρηνέχθη κοσμίως, ἐπήνεγκεν, οὐ πάνυ δύσπνοος. ἀεὶ γὰρ κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ἐργαζομένης τὴν δύσπνοιαν αἰτίας καὶ τὸ τῆς δυσπνοίας γίνεται μέγεθος. ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημιῶν γέγραπται, ὁμολογοῦντα τοῖς περὶ δυσπνοίας ὑφ᾽ ἡμῶν ἀποδεδειγμένοις. ἐν δ᾽ αὖ τῷ ε΄ τῶν ἐπιδημιῶν ιδ΄ μὲν ἄῤῥωστος γέγραπται τόνδε τὸν τρόπον· ἐν Λαρίσσῃ Ἱπποσθένης, περιπνευμονίῃ ἐδόκει τοῖς ἰητροῖσι συνέχεσθαι· ἦν δὲ οὐδαμῶς· ἀρχὴν δὲ παλαίων, ἔπεσεν ἐν σκληρῷ χωρίῳ ὕπτιος, καὶ ἐπέπεσεν αὐτῷ· καὶ ἐλούσατο ψυχρῷ, καὶ ἔμεινε, καὶ ἔδοξε βαρύτερος γενέσθαι· τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ ἐπύρεσσε, καὶ βὴξ ἔσχε ξηροτέρη, καὶ τὸ

ties in dextris erat magna, haud vehementi cum dolore; bene subjungit, *neque valde difficulter spirans.* Si namque durities sine magno dolore fuit, certe neque valde difficulter spirare ipsam par erat. Sic vero etiam in fine jam libri de seniore narrans, atque praefatus: *desipuit moderate;* subjunxit, *non valde difficulter spirabat.* Semper enim pro magnitudine causae difficilem respirationem facientis etiam ipsa difficilis respirationis magnitudo fit. Verum haec quidem in quarto epidemiorum scripta sunt, quae omnia iis quae a nobis de difficili respiratione demonstrata sunt, abunde consentiunt. At in quinto epidemiorum decimusquartus aegrotus hoc modo scriptus est: *In Larissa Hipposthenes peripneumonia correptus esse medicis videbatur; erat autem nequaquam; verum principio luctans, in duro loco cecidit supinus,* adversario *ipsi illapso, et lavatus est frigida, et coenavit, et gravior factus esse sibi videbatur. Sequenti autem febricitavit, et tussis prehendit siccior et spi-*

πνεῦμα πυκνόν. εἶτα μικρῷ προελθών, ὁπότε δὲ βήσσοι, φησὶν, ὠδυνᾶτο τὰ στήθεα καὶ τὰ νῶτα. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, οὕτω διακειμένων τῶν κατὰ θώρακα, πυκνὸν γενέσθαι τὸ πνεῦμα. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου προσκείμενον, οὐδὲ ῥέγχος εἶχεν, εἰς ἀπόδειξιν μὲν εἴρηται τοῦ μὴ γενέσθαι περιπνευμονικὸν τὸν ἄνθρωπον, ὁμολογεῖ δὲ καὶ αὐτὸ τοῖς κατ' ἀρχὴν εὐθὺς ἐν τῷδε τῷ λόγῳ πρὸς ἡμῶν εἰρημένοις, ὁπότ' ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἐξηγούμεθα τὴν λέξιν ταύτην· οἱ δ' ἀπὸ τῆς ὀρθοπνοίας τε καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντες. ἔννατός τε καὶ τριακοστὸς ἄῤῥωστος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν γέγραπται, πυκνὸν ἔχων καὶ αὐτὸς τὸ πνεῦμα. παραγράψω δὲ κἀνταῦθα τὴν ῥῆσιν αὐτὴν, ὧδέ πως ἔχουσαν· παιδίον ὑπὸ ὀρέος ἐπλήγη τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἧπαρ, ἀπέθανε τεταρταῖον· τὸ πνεῦμα πυκνὸν εἶχε, καὶ οὐ κατενόει, καὶ πυρετὸς εἶχεν. οὐκ ἄδηλον ἐπὶ τούτου, τὸ περιτόναιον καὶ τὸ διάφραγμα συμφλεγμῆναι γαστρὶ καὶ ἥπατι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παραφρονῆσαι τὸ παιδίον. ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν παραφροσύνην

ritus denfus. Deinde paululum progreffus: *Quoties vero tuffiebat,* inquit, *dolebat pectus et dorfum.* Nihil itaque mirum eft, fic affectis partibus thoracis, denfum fpiritum factum effe. Quod autem in fine fermonis habetur: *Neque ftertorem habuit,* dictum eft, ut demonftraretur non fuiffe peripneumonicus hic homo. Confentit autem et ipfum iis, quae ftatim a principio hoc in libro a nobis dicta funt, quando hanc dictionem ex libro de victu acutorum expofuimus: *alii vero orthopnoea et ftertore fuffocati.* Nonus deinceps et tricefimus aegrotus in quinto epidemiorum fcriptus eft, itidem et ipfe denfum fpiritum habens; afcribam autem et hic ipfam dictionem hoc modo habentem: *Puer a mulo percuffus ventrem et hepar, mortuus eft quarto die; fpiritum denfum habuit, et non intelligebat, et febris corripuit.* Non obfcurum eft in hoc et peritonaeum et feptum transverfum una cum ventre et hepate inflammata fuiffe, et ob id etiam puerum deliraffe. Verum ex delirio non habebat dif-

ἐδυσπνόησεν, ἡ γὰρ μείζων διάθεσις ἡ καθ' ὑποχόνδριον, καθ' ἑαυτὴν ἐτύπωσε τὴν ἰδέαν τῆς ἀναπνοῆς, ἡ δ'. ἥττων ἡττήθη. ἐν δὲ τῷ ε' ταῦτα.

Κεφ. ιγ'. Πάλιν δὲ μεταβάντες ἐπὶ τὸ ἕκτον, οὗ καὶ πρόσθεν ἤδη τὴν κοινὴν πρὸς τὸ δεύτερον ἐξηγησάμεθα ῥῆσιν, ἐπὶ τὰς ὑπολοίπους ἔλθωμεν. εἰσὶ δὲ ὀλίγου δεῖν ἅπασαι σαφεῖς ἤδη διὰ τὰ προειρημένα. τὸ γὰρ πνεῦμα μόνον ἁπλῶς οὕτω γράφων ἐν ταῖς τῶν νοσημάτων ἐδείχθη συνδρομαῖς ἀντὶ τῆς δυσπνοίας, ἀφ' ἧς πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτ' ἐπὶ πλέον πυκνούμενον ἔθος αὐτῷ ἆσθμα καλεῖν. ὥστε κατὰ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν ἐπειδὰν εἴπῃ, πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, τὴν μετὰ πυκνότητος ἀκουσόμεθα δύσπνοιαν. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῆς ἐν Κρανῶνι γυναικὸς, ἐφ' ἧς οὕτω γράφει· σπλὴν φύσει μέγας, πυρετὸς καυσώδης, ἐξέρυθρος, πνεῦμα, τὴν προειρημένην δύσπνοιαν ἀκουστέον, ἐφ' ἧς πυκνοῦται τὸ πνεῦμα, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς Ἀγίσιος κόρης. ὅτι δὲ διαφέρει τὸ πυκνὸν πνεῦμα

ficilis fpirationis fpeciem; major enim affectio in hypochondrio per fe refpirationis fpeciem formavit, minor vero penitus eft victa. Haec vero in quinto libro.

Cap. XIII. Ad fextum autem iterum transgreffi, cujus etiam jam antea communem fecundo libro dictionem expofuimus, reliquas recenfeamus. Sunt autem fere omnes ex jam praedictis manifeftae. Eum enim, *fpiritum*, folum fimpliciter ita fcribere in morborum concurfibus monftratum eft, pro difficili refpiratione, qua denfus fpiritus redditur; eundem vero amplius denfatum, afthma folet appellare. Quare in fexto epidemiorum, quum inquit, *fpiritus intus relinquatur*, refpirandi difficultatem cum denfitate intelligimus. Similiter autem et in muliere apud Cranonem, in qua fic fcribit: *Splen natura magnus, febris ardens, rubicunda, fpiritus;* praedicta difficilis fpirationis fpecies accipienda eft; in qua fpiritus denfatur. Quemadmodum etiam in filia Agifis. Quod vero differat denfus fpiritus ab afth-

τοῦ ἄσθματος, ἐδήλωσε σαφῶς. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε· ἡ [291] Ἀγίσιος κόρη μὲν ἐοῦσα πυκνοπνεύματος ἦν· γυνὴ δὲ γενομένη, ἐκ τόκου οὐ πάλαι ἐπίπονος ἐοῦσα, ἐπιπολαίως ἦρεν ἄχθος μέγα καὶ αὐτίκα ψοφῆσαι μὲν ἐδόκει κατὰ τὸ στῆθος· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἆσθμά τε εἶχε καὶ ἤλγεε ἰσχίον τὸ δεξιόν. εἶτ' ἐφεξῆς ἔπτυσεν ἀφρῶδές, φησιν, ἀρχομένη δ' ἦν ἀνθηρά. καὶ δῆλός ἐστιν ἐξ ὅλης τῆς συνδρομῆς, ὡς φύματος ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις παλαιοῦ καὶ δυσπέπτου ῥαγέντος ἔπτυσε ταῦτα καὶ ὡς διὰ ταῦτα τὰ φύματα πυκνοπνεύματος ἦν. ἐν δ' αὖ τοῖς κατωτέρω τοῦ βιβλίου, κατὰ μὲν τὴν κατάστασιν, ἧς ὑπήρξατο τόνδε τὸν τρόπον· βῆχες ἤρξαντο περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινάς· οἷσι δὲ καὶ πνεῦμα ξυνεμετεωρίζετό, φησι, (καὶ ὅτι μετέωρόν ἐστι πνεῦμα τὸ σμικρὸν καὶ πυκνὸν, διήλθομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν) ἀμέλει καὶ συνάγχας γενέσθαι κατ' ἐκείνην τὴν κατάστασιν ἔφη. μοχθηροὶ γοῦν οἱ τὸ μετέωρον ἀντὶ τοῦ μεγάλου νομίζοντες εἰρῆσθαι, διότι μετεωρίζει τὸν θώρακα, διαίρον ἐπὶ πλεῖστον

mate, manifeste indicavit, habet autem ipsa dictio hoc modo: *Filia Agisis virgo existens, densi spiritus erat; mulier vero facta, a partu recenti aegra magnum onus non alte sustulit; et statim quidem strepuisse circa pectus videbatur; postridie vero asthma habuit, et dextrum coxendicem doluit.* Deinceps vero: *Spuit spumosum*, inquit, *per initia autem erat florida.* Equidem ex toto symptomatum concursu manifestum fit, eam tuberculo in spirabilibus organis inveterato, et coctu difficili rupto, haec expuisse; et quod ob haec tubercula densi spiritus fuerit. At in inferiori libri parte, circa constitutionem, quam hoc modo incepit: *Tusses coeperunt circa solstitium hibernum: quibusdam vero et spiritus simul sublimis fiebat*, inquit, (sublimem spiritum parvum esse et densum, in superioribus explicavimus) anginas nempe sub illam constitutionem factas esse ait. Male itaque sentiunt, qui sublimem pro magno dictum esse putant, quod thoracem sublimem plurimum diducendo attollat. Progressus autem

ὀλίγον δὲ προελθὼν, πνευματίας ὀνομάζει τινάς· καὶ εἴρηται καὶ περὶ τοῦδε πρόσθεν, ὡς ἤτοι τοὺς ἐμπεπνευματωμένους, ἢ τοὺς ἀσθματώδεις, οὕτως καλεῖ. τὸ δ' ἐν τοῖς ἐφεξῆς λεγόμενον, ἄσημον πνεῦμα, σμικρόν ἐστι καὶ διὰ τοῦτ' ἀφανὲς, οἷον καὶ ταῖς καλουμέναις ἀπνοίαις καὶ ταῖς ὑστερικαῖς πνιξὶ συνεδρεύει. τοιοῦτον δέ τι βούλεται δηλοῦν ἐξ αὐτῆς τῆς λέξεως ἐχούσης ὧδε· καὶ τὰ πνεύματα τοῖσι φθινώδεσι τὰ ἄσημα, κακὰ, καὶ τοῖσιν ἀτόκοισι· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσεως. αἱ γὰρ δὴ ἄτοκοι γυναῖκες, αὗται δὲ τοὐπίπαν εἰσὶν αἱ μὴ καθαιρόμεναι καλῶς, ἁλίσκονται μάλιστα ταῖς ἀπνοίαις, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὅσαι χηρεύουσιν ἐπὶ πλεῖστον. ὥσθ' ὅσα μὴ διάσημα σαφῶς πνεύματα, μηδ' ἐστὶν ἡμῖν κατάδηλα, ταῦτ' ἄσημα κέκληκεν. ἐκ τούτων ὁρμώμενος ἄν τις εὑρίσκοι καὶ χωρὶς ἐμοῦ τἄλλα πάντα τὰ περὶ δυσπνοίας εἰρημένα κατά τε τὰ γνήσια καὶ τὰ νόθα τῶν βιβλίων, καίτοι σχεδὸν ἡμεῖς πάντα διήλθομεν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ τὰ γνήσια. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τὰ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱέος αὐτοῦ καὶ

paululum, *pneumatias* nominat quosdam, et dictum etiam de hoc eſt antea, quod aut ſlatulentos aut aſthmaticos ſic vocat. At vero qui deinceps legitur *Spiritus obſcurus*, parvus eſt et propterea non apparens, qualis et apnoeas et ſuffocationes uteri comitatur; atque hujusmodi quiddam vult etiam ex ipſa dictione indicare, quae ſic habet: *Et ſpiritus tabidis obſcuri, mali, et non parientibus*; et quaecunque alia talia ab eadem conſtitutione. Mulieres etenim non parientes (ſunt autem hae omnino, quae non probe purgantur) apnoeis maxime prehenduntur, quemadmodum ſane etiam, quae diutius ſunt viduae. Quare ſpiritus, qui non manifeſti ſunt, neque nobis patentes, eos obſcuros appellavit. Ex his igitur progreſſus quispiam inveniet et citra meam opem, omnia alia de difficili ſpiratione dicta tum in genuinis tum in ſpuriis Hippocratis libris; quamquam nos ferme omnes genuinos in hoc ſermone recenſuimus. At vero quandoquidem et hi, qui ad Theſſalum filium ipſius referuntur, et qui

τὰ Πολύβου τοῦ γαμβροῦ, τῆς Ἱπποκράτους ἐστὶ τέχνης, οὐ πόῤῥω δ' αὐτῶν οὐδ' ὅσα δοκεῖ μὲν Εὐρυφῶντος εἶναι, φέρεται δ' ἐν τοῖς Ἱπποκράτους, ἐάν μοι σχολὴ γένηταί ποτε πλείων, ἄλλο τέταρτον προσθήσω βιβλίον, ἐξηγούμενον ἃ κατὰ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπιγεγραμμένων Ἱπποκράτους εἴρηται περὶ δυσπνοίας. νυνὶ δ' ἑτέρων κατεπειγόντων, οὐκ ἐπ' ἐκεῖνα μεταβήσομαι.

ad Polybum generum, itidem artis Hippocraticae ſunt; et non procul ab his abſunt ea, quae Euryphontis eſſe videntur, feruntur autem inter Hippocratica ſcripta; ſi mihi otium contigerit aliquando majus, alium adhuc quartum adjiciam librum, in quo exponam ea, quae in reliquis Hippocrati inſcriptis libris continentur de reſpirationis difficultate. Nunc vero aliis rebus urgentibus, ad illa non tranſibo.

LIPSIAE

LITERIS FRIDER. CHR. DÜRRII.